



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentissimæ Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Consultatio XII, Palatium exornatum; ubi fit sermo de gratiis, quibus locupletavit Deus SS. Virginem, ut dignè præpararet ipsam ad recipiendam Majestatem Dei in purissimo utero suo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

Bene confi-
deranda
sunt tria
hæc moti-
va.

quod dixeram deinceps, ad concludendum id, quod proposueram ab initio: Tria præcipua sunt efficacia motiva ad conciliandum sibi amorem; similitudo, familiaritas, & beneficia: Vide, an non verum sit, quod JESUS Christus in mysterio Incarnationis adhibuerit illa omnia, ad inflammandum amore suo corda nostra: Reddidit se totum similem nobis; familiariter egit nobiscum; nosque suis ad-

auxit beneficijs. Quid excusationis afferre illi possumus, si non amemus ipsum ex toto corde nostro? Relinquo vestræ discutendas meditationi fortes has & efficaces ipsum amandi rationes: Si bene, uti oportet, illas agnoveritis, optimus erit fructus, quem colligetis ex suâ consultatione, expe-
ctando, quoad institua-
mus aliam.

* *
*

CONSULTATIO XII.

Palatium exornatum, ubi fit sermo de Gratis, quibus locupletavit Deus Sanctissimam Virginem, ut digne pararet ipsam ad recipiendam Majestatem Dei, in purissimo utero suo.



Gebatur vigilia magni cujusdam Festi, ubi omnes occupati erant in exornandâ Ecclesiâ: mutuanda erat certa quædam suppellex, veluti tape-tes & nonnullæ imagines à quâdam Dominâ, quæ nec mundana admodum erat, nec admodum devota, annumeranda meritò ambiguo-
rum illorum numero, qui sunt, sicut nominare tibi illas placuerit, parumper spirituales, paulisper sæculares, qui concordare quærunt

cum mundo Deum, neutri volentes displicere, quasi ire nollent nec in infernum, nec in paradysum. Concedebat ipsa satis promptè, quod à se petebatur, affirmans, vertere se sibi summæ felicitati, quòd suam posset exspoliare domum, ad contribuendum adorationi domus Dei. Sed devota quædam & zelatrix, quæ coram aderat, cum videret ipsam tam bonæ ac promptæ voluntatis, rogavit ipsam, ut commodatum daret quidpiam è pretiosiori suo thesauro, & suppellectili magis splendido

Etros quorundam Novatorū, qui reprehendunt ornamenta Ecclesiarū.

do ad condecorandum Altare: Et tunc manifestè ostendit, mundanā se magis esse quā devotā. Dixit namque ipsi admodū indignabunda, dānsque repulsam: Quid tanto ornatu opus est Ecclesiis & Altaribus? Deus complacet sibi, si offeratur ipsi cor mundum, & anima pura: non vult ipse tantas impendi divitias ad vestiendos parietes domūs suæ: non nisi homines simplices suam in ornatu hoc exteriori collocant devotionem; haud ita pridem edocta sum, hunc esse abusum, qui omnino sit rescindendus: Adeantur & spectentur Ecclesie illorum, qui diebus hisce prudentissimi audiunt in sæculo, quorūque audiuntur verba velut oracula; non videbis ibi nec ornamenta, nec auraturam, neque picturam, neque etiam imagines; & non ita à longo tempore audiivi ex pulpito, quod forsā Deus repudiaverit Synagogam & totam Judæorum Religionem, in pœnam ejus, quod Salomon nimio ornatu, nimisque divitijs suum opplevit Templum. Ut ut sit, non dabo quidquam ex hoc, quod mihi magis pulchri est & pretiosi; ejusmodi nimio mihi constant; nec inducere me possum, ut videam illa in Ecclesia pulveri exposita, & in periculo, ne destruantur.

Hem! Itane, Domina mea, respondit illi valde probus presbyter, qui aderat: Est ne hic to-

tus Zelus, quo exardeis pro gloriā Dei, & decore domūs ipsius, quem ita adamavit Sanctus Rex David, uti ipsemet affirmat: *Domine dilexi decorem domūs tuæ. Psal. 137.* Et si bonus hic princeps erat secundū cor Dei, non metuis te adversari cordi ipsius, dum opinionem amplecteris proflus oppositam opinioni optimi hujus principis? qualem obsecro proponis questionem, dum interrogas: Quid tanto ornatu opus est Ecclesiis & Altaribus? Affirmas, complacere sibi Deum, si offeratur ipsi cor mundum & anima pura; hoc est verissimum, & loqueris ut Persona non mediocriter spiritualis, collocans omnem pulchritudinem animæ in interno; sed destruis omnia, nec Christianè loqueris, dum adjungis, quod nolit Deus tantas impendi divitias ad vestiendos parietes domūs suæ.

Sanè, si profiteremur Religionem, quæ purè esset spiritualis, haberet quodpiam verisimilitudinis id, quod dicis; oporteret omnem collocare operam in eo, quod absconditum est intus, quin cordi haberetur id, quod est foris: Sed nōne vides, Religionem Christianam simul conjungere ambo, internum & externum JESUS Christus, qui ipsius est Auctor & regula, non est Deus purè spiritualis, cum sit etiam actualiter Homo, id est, corporalis. Omnia Sacramenta, quæ

Religio Christiana est interius & exterius.

Dux
è qui
constit
impe
deber
hono
dum

in suâ instituit Ecclesia, composita sunt è spirituali & corporali, eodquod ipsa sint signa visibilia gratiæ Dei invisibilis. Et omnia exercitia Religionis habent aliquid spirituale, eodquod in his afferenda sit attentio & intentio ad adorandum Deum in spiritu & veritate; aliàs non erit exercere aliquem actum religionis, sed erit illum simulare & fingere: Habeat similiter aliquid corpore, eodquod semper fiat & exhibeantur cum pluribus pulchris caremonijs, quæ apparent exterius: Et hoc non solum necessarium est pro Majestate Religionis, & excitandâ devotione populorum illas videntium: Sed etiam, quod ipsæ tam essentielles sint servitio, quod reddere tenemur Deo, ut sine illis non haberemus veram Religionem; si enim omnia reducerentur ad id, quod purè spirituale est, nec aliquid admitteretur Corporeale, non haberemus sacrificia nec sacramenta, nec prædicationem Evangelij, nec aliquid eorum, quæ necessaria sunt ad constituendum Corpus aliquod Religionis.

Dux partes è quibus constat, impendi debent, ad honorandum Deum. Bene igitur dictum est, complacere sibi Deum, si offeratur illi cor mundum & anima pura: Hoc est requirere spirituale, quod est præcipuum & velut anima Religionis; sed bene non est dictum, quod Deus nolit locupletari suam domum pulchris & speciosis ornamentis; hoc est tollere velle cor-

R. P. Isaac Consultat. Tom. II.

pus Religionis, quod æque necessarium est ac anima, si velimus subsistere illam in integritate suâ. Nonne honorandus est nobis Deus ex totis nobismet ipsis, & ex omni, quod sumus? Cum ergo dederit nobis Corpus & animam, nonne impendamus utrumque ad exhibendos ipsi summos ac supremos honores, Nonne videmus, quod, dum consecramus Deo infantem in sacro Baptismate, ubi obligatur ad profitendam Religionem Christianam, lavetur interius & invisibiliter ipsius anima, ad tollendam maculam peccati originalis; quodque etiam deditur ipsius corpus, sicut deditur solent Ecclesiæ, per sacram unctionem & signum crucis? An vides, quid nobis innuere hoc velit?

Inde evidentissimam & infallibilissimam hanc traho consequentiam: Cum verum sit, quod ad satisfaciendum modo debito obligationi religionis nostræ, tenemur exhibere Deo cultum duplicem, internum & spiritualem, externum & corporalem, verum quoque est, quod, sicut nunquam excedere possumus exhibentes Deo nimium cultum internum & spiritualem, adorandò & amandò nisi ipsum; sic excedere etiam nunquam possumus, exhibentes ipsi nimium cultum externum & corporalem, locupletandò nimium ipsius Ecclesiæ,

Aaa exor.

exornandò niniùm ipsius altaria; offerendò ipsi adorandum sacrificium cum ceremonijs niniùm splendidis, niniùmque magnificis, vel perficiendo cuncta residua Religionis exercitia, nimia cum reverentia nimia cum veneratone.

Tuæ est
Christianis
iporum
domus &
personas
pulchrius
esse ornatas
Ecclesijs &
altaribus.

Interrogabas, quid tanto ornatu sit opus Ecclesijs & altaribus? Et ego interrogarem te; nõne oporteret nos impendere ad exornandum Ecclesias & altaria exquisitissima quæque mundi ornamenta, pretiosissimas quasque orbis Gazas & divitias, quibus tantò ostenderemus luculentius, agnoscere nos Deum seu majestatem infinitam, cui debeantur omnia; quæque servire possent nobis ad speciosissima ipsi præstanda homagia? cum diffiteri id mihi non posses, interrogarem te ulterius an tanto ornatu opus est ad vanitatem mundi? an deceat domos, quas incolunt non nisi vermes terræ, & peccatõres vermibus longè adhuc despiciabiliores, esse magis pulchras, speciosius exornatas, & pretiosius absque comparatione instructas & excultas Ecclesijs, quæ domus sunt infinitæ Majestatis Dei? nõne hoc evidentissimè demonstrat, quòd Christianorum plurimi non nisi sint *Christiani imaginarii*, sicut Tertullianus illos nuncupabat; utpote contenti exhibere speciem, quòd adorent Deum, quem seip-

sã contemnunt, edquòd præferant se ipsi? an opus sit tanto mundo muliebri ad conciliandum splendorem alicujus mulieris vanitati? an opus sit, fœminam unicam portare solam & solo ac unico die pretiosiora ornamenta, quàm omnia altaria simul alicujus Ecclesiæ portaverint unquam? sanè si unicam solam Christiani sanguinis guttam haberet, nõne deberet mori præ pudore, videns exornatam se, sicut exornandum foret altare, ubi requiescit pretiosum corpus Dei sui. Fœmina hæc an videre posset altare hoc inops esse & neglectum, uti corpus suum miserandum esse deberet, quòd mox futurum est cadaver lætidum à vermibus corrodendum? an vellet ipse tam miserè vestiri sicut altare Dei.

Domine, interpellat illustris fœmina, Zelus domus Dei, qui comedit te, longius te propelleret, nisi continerem illum. Probè video, quòd his omnibus me velis tangere, edquòd difficilem me præbuerim in commodando tibi id, quòd pretiosissimum habeo ad exornandum altare tuum, ne adeò severus sis mihi; nolo comparate mihi meritum apud te devorione meâ: nihilominus exploratum jam est, haud parum amare me decorem Ecclesiatum; & tu ipse nosti, jam dedisse me Geminas meas tunicas ad exornandum altare; & animus mihi

Est inho-
noret
Deum in-
digeat ip-
sum hono-
rare.

mihî est donandi adhuc & alteram, quæ pulchritudine nulli est secunda, si aliquanto adhuc tempore portavero illam: ô Domina replicat bonus hic Presbyter complieandô manus! Prô quantum obstrinxisti tibi Deum nostrum, quod vetustas ac detritas tuas tunicas ipsius devoveris obsequio? non inquirô, an id factum sit ideo, quod repulsam sis passa ab ancillis tuis: Fortassis si ipsæ voluissent, Dominus noster non habeset illas: Haud refert, sat bonum est pro ipso, sua habere rejectamenta, quid ille sit respectu tui? quidve æstimandus intuitu honoris tui, honor ipsius.

Domina, quæ sperabat exornari laudibus pro existimata sua pietate, sufferre non potuit hæc expropriationem, quâ haud leviter confundebatur; hinc tota indignabunda deseruit ipû, & in aliud se contulit conclave; unde & alii quoque recesserunt an ipsius domo, parùm ædificati facti ipsius: Quamprimum autem narraverunt eventum Raphaëli meo & mihi, circa quem sequentem mox fecimus considerationem. Quam verum est, quod vanitas magnum sibi arrogavit in mundo imperium, cum nullis parcatur impensis, ut sint illi sacis, & quidem eò usque, ut in nullas ipsius sectatores se confundant querimonias, si satisfaciendo ipsi redigantur ad incitas; eontrâ quàm flocci ab ipsi æsti-

matur Religio, cum nec minimam pro ipsa faciant impensam; imò credant adhuc, quid magni se præstare, si tribuant Deo illius reliquias, quod servierat vanitati, quodque ipsi jamjam est fastidio: quantum ad me, crederem, fieri per hoc potius injuriam Deo, quàm honorem; nisi considerarem, quod in primis sæculis, ubi religio erat in maxima sua puritate, sancti non timuerint exspoliare idola templis magnificis, quæ tanto tempore profanaverunt abominandis suis superstitionibus, & illa consecrare in Ecclesias, ut deinceps cultus servirent veri Dei.

Idololatras incassum exprobrabant Christianis, illudendo ipsi, quod novo darent Deo suo, nisi reliquias dæmonum (ita nuncupare volebant Deos suos) Christiani namque respondebant ipsi, æquissimum omninò esse, ut auferatur dæmonibus, quod non pertinet ad ipsos, quodque iniquissimè sutriperant verò Deo. Et nonne adhuc indies illud evenit in conversione peccatorum, quando anima, quæ diu servierat ceu habitaculum dæmonibus & abominationibus peccati, purificatur per gratiam veræ penitentiae, & consecratur Deo, ut sit deinceps sanctorum Majestatis ipsius. Tota simul natura suppeditare non posset ornamenta tam speciosa, tam præciosa, sicut illa, quæ impertitur ipsi gratia, & per hoc insensibiliter quasi

Fiat impen-
sæ pro
vanitate &
nullo pro
Deo, nisi
cum queri-
monia.

Communi-
dæ sunt res
profanæ in
sacros.

deductos nos comperimus ad considerandum, qua ratione Deus purificet, exornet & locupletet animam alicujus personæ, quam velit incolere velut templum suum; & qua pleraque nostra Colloquia non erant, nisi de Sanctissima Virgine, iterum incepimus loqui de

illa & considerate pretiosa ornamenta gratiæ, quibus Deus ipsam condecoraverat, ad disponendum ipsam, ut efficeretur templum vivum Verbi Incarnati. Consultatio nostra peracta fuit in præsentia eorum, qui præfatæ Dominiæ aderant. Et ecce ipsius iniciura.

ARGUMENTUM.

Quòd Sanctissima Virgo esse debuerit Creaturarum purissima, ut esset Mater DEI.

ARTICULUS I.

Non potest
Deus &
peccatum
habitare in
eodem corde.

TAntæ stultitiæ, quantæ impietatis, incurrebant notam Philistæi, dum collocate volebant Aram veri Dei cum Dagone in eodem templo. Nil magis incompatible, nihil magis oppositum est, quàm Deus & peccatum: Oppositio ipsorum absolute infinita est, eòquòd Deus sit Bonitas infinita, & peccatum infinita malitia; nunquam peccatum appropinquabit tabernaculo Dei: hinc ut appropinquet quis Deo, debet recedere à peccato; & quantò propius quis accedit ad Deum, tantò magis à peccato recedit, & quantò magis quis recedit à peccato, & appropinquat Deo, tantò magis est purus, & ab omni macula alienus. Cum igitur certum sit, quòd Sanctissima Virgo ex omnibus Creaturis magis appropinquet Deo, cum impossibile sit, quempiam magis ap-

propinquare Filio Dei, propria Matre sua: Sequitur Sanctissimam Virginem ex omnibus puris creaturis æstimandam esse purissimam.

Optimè concludis, dicebam ipsi, undè desumis hunc discursum? Si partus foret proprii tui capitis, approbarem ipsum velut optimum; nihilominus pro satisfactione mea vellem inniti ipsum bonæ cuidam authoritati. Invenies ipsum, respondit mihi, in Sancto Thoma, libro primo sententiarum, distinctione 44. ubi leges propria hæc verba: *Potest inveniri creatura tam pura, ut impossibile sit Puriores esse in rebus creatis, si maculata non sit aliquo peccato: & talis fuit Puritas Beatissima Virginis, quo exempta fuit ab omni macula peccati originalis & actualis. Vides evidentiùs nil esse, & dubitari non posse de sententia Sancti Thoma in hoc*

D. Thom.
1. sent. dist.
44. q. uni.
câ art. 3.
ad 3.

Jerem.
v. 22

hoc loco, confirmat illam alibi pluribus adductis bonis rationibus.

Sanctissima Virgo nunquam maculata fuit aliquo peccato.

D. Thom. 3. q. 17. art. 1. Erat dignissima creaturis, ut esset Mater Dei.

Prima est, quod si puritas Sanctissimæ Virginis maculata fuisset minimò peccatò, non fuisset maximè idonea, ut esset Mater Dei, quia alia, quæ hac macula inquinata non fuisset, idonea magis fuisset huic muneri. Jam quis crederet, quod Deus, qui infinita ratione amat suam Gloriam, quique elegit pro Matre sua illam, quam voluit, non elegerit illam, quæ magis erat idonea, vel ut melius dicam, quod non reddiderit ipsi met illam magis dignam munere tam sublimi? & consequenter voluit, ut illa, cui contulit honorem, ut esset propria sua Mater, absolute immunis esset ab omni Genere peccati.

Prov. 17.

Secundam rationem desumit ex Capite 17. Proverb. ubi scriptum est: *Gloria Filiorum, Patres eorum*; & consequenter probrium & ignominia Matris dimanat in filios ipsius. Si igitur Sanctissima Virgo minimam habuisset culpæ alicujus maculam, quæ ignominiarum omnium est maxima, dedecus illius & opprobrium in unigenitum ipsius dimanasset filium; & hoc est, quod animæ Christianæ subire non potest mentem absque horrore. Quando Propheta Jeremias declarat honorem, quem Sanctissima Virgo possidet, dum est Mater Dei hominis, id facit dicendo. *Femina circumdabit Virum*: Ec-

Jerem. 31. v. 22.

cur non potius dicit; portabit infantem in utero suo? Cur dicit, quod circumdabit ipsam? & quare loquitur de Viro? Idem inquit Sanctus aliquis Doctor, ad insinuandum nobis splendidissimam puritatem Sanctissimæ Virginis, quæ inservijt velut Corona Filio Dei & toti ipsius Ecclesiæ: *Femina circumdabit virum, quomodo Corona circumdat Caput: Caput enim Ecclesia Christus*. Sic Sanctissima Virgo, quæ circumdat ipsam, est Corona capitis & membrorum. Vide an possibile sit, tolerare potuisse Deum maculam minimam in Corona sua? Sanctus Thomas allegat pro tertia ratione, quod, cum aliqua pars substantiæ Sanctissimæ Virginis servire debuerit ad formandum adorandum Corpus JESU Christi, non solum summè inconveniens fuisset, sed etiam species quadam contradictionis vel impossibilitatis, si summè purus non fuisset fons puritatis infinitæ. Naturale est, quod causæ communicent perfectiones vel defectus suos effectibus suis: Jam si Sanctissima Virgo defædata semel fuisset maculâ minimi peccati, nonne saltem affirmari potuisset, Filium ipsius, qui est proprius Filius Dei, fuisse Filium alicujus peccatricis? heu! quæ anima Christiana concipere unquam audeat ejusmodi cogitationem? Fulgositus observat, quod in Ungaria haud procul à civitate Firmione videre

Agebatur honor JESU Christi, ut Sanctissima Virgo esset abique peccato.

Fulgositus.

Cur palmitibus alicujus vitis fuerint aurei.

fit quasdam vites, cujus palmites aurei sint vel saltem inaurati; rei tam insolite inquirentes causam, invenerunt has vites radices suas portexisse usque in venam auri, quæ reperta fuerat in isto campo. Quomodo videmus JESUM Christum, qui dicit nobis in Evangelio: *Ego sum vitis*; quem novimus esse vitem purè auream, puritatis & sanctitatis infinitæ; inquirentes hujus causam; & invenimus ipsum habere velut duas radices, quæ principia sunt ipsius esse, nempe Patrem suum æternum, & divinam suam Matrem: in ambobus reperire est perfectissimam puritatem, quàm non haberent, si immunes non essent ab omni genere peccati.

Trident.
sess. 6. can.
23.

Verùm, quòd excedit omnes rationes, & omni disceptationi finem imponit, est, quòd Ecclesia Catholica tradat hanc doctrinam, & quidem specialiter in Concilio Tridentino, ubi declarat, quòd puritas Sanctissimæ Virginis tam perfecta sit, ut nunquam commiserit peccatum aliquod in tota vita sua: adde communem hanc opinionem Sanctorum Patrum esse; Primum nomino Sanctum Augustinum libro de natura & gratia, ubi postquam dixisset, quòd omnes homines sint peccatores juxta testimonium Sacræ Scripturæ, expressè dicit, quòd ab ea excipiat Sanctissimam Virginem, ob reverentiam Filio ipsius unigenito de-

S. Augustinus
lib. de
natura &
gratia c. 36.

bicam, quem certò novimus nullum omninò habuisse peccatum, & ab hoc infinita ratione fuisse alienum. Secundus est Sanctus Anselmus, qui dicit, quòd decuerit Virginem eà puritate nitere, quæ major sub Deo non posset intelligi. Sanctus Ambrosius, qui non nisi admirabundus loquitur de puritate & perfecta innocentia Martiris hujus Virginis, ita inquit: quid nobilius est Matre Dei? quid splendidius illà, quæ concludit in se ipsà omnem splendorem gloriæ Dei? quid castius illà, quæ, dum conservat totam proprii sui corporis integritatem, Corpus dare potuit Deo suo? Non invenirem finem, si loquentes hęc adducere vellem omnes Sanctos Doctores Ecclesiæ, quorum testimonia non asserunt nisi rem eandem, & in hoc consentiunt, quòd Sanctissima Virgo nunquam minimo infecta fuerit peccato, nec originali, nec actuali, nec mortali nec veniali. Nescio, quid ultra requiri possit, ad stabiliendam solidè hanc veritatem.

Stupendum est, quòd admirabilis puritas MARIÆ ita resplendet, ut testimonium accipiat ab impijssimis, etiam ab ipso patre mendacij, qui tantæ malitiæ non est, ut illam diffiteatur, non minus, quàm diffiteri possit veritatem existentis Dei, cujus Omnipotens seque castigans experitur brachium. Illi, qui legerunt Al-

S. Anselmus lib. de
Conceptione
virginis
cap. 18.
S. Ambrosius
lib. 1.
de Virgine.

cora;

coranum Turcaum, veluti Galatinus, Canisius & plures alij, invenerunt in eo admiranda Sanctissimæ Virginis elogia; Inter alia ipsorum dogmata est velut articulus fidei: *Nullus de Filijs Adam nascitur, quem non tangat Sathan, & ideo explorat voceiferans ex ejus sacro, præter MARIAM & Filium ejus.* Et ecce aliud: *Plures inventi sunt perfecti inter viros; sed inter mulieres nunquam aliquam videre fuit, nisi MARIAM Matrem Summi Dei.* Nonne firmissima sit ea veritas, quæ negari non potest à maximis veritatis inimicis?

Abundè est, dicebam, supercede pluribus probare veritatem, quam disceptare nemo potest, nisi impius sit vel dæmon ipse. Oportebat infinità ratione alienum esse

peccatum à Sacratissimo Tabernaculo Dei; eòquòd infinita ratione oppositum sit infinitæ ipsius bonitati. Sed non sufficit hæc ab omni maculæ genere Exemptio; Non satis ornata est Ecclesia, si valde est munda; oportet adornari ipsam magnè fidè pro magni alicujus Festi solemnitate. Contentus non sum, solùm vidisse me Sanctissimam Virginem, nunquam habuisse minimam maculam peccati; videre cupio, quàm pretiosis thesauris locupletaverit ipsam Deus, quando celebrare voluit solemne Incarnationis suæ Festum in castissimo ipsius utero: Ostendam tibi illos, respondit charitativus meus

Raphaël: Et ecce quòmodo exposuerit ipsos:



ARGUMENTUM.

Sanctissima Virgo habuit omnes gratias, quæ congrua erant Matri Dei.

ARTICULUS II.

Nonne vides, quòmodo mox Angelus salutet ipsam: *Ave gratiâ plena:* Hem! quantà putas opus fuisse abundantia ad implendum illam, cujus capacitas tanta fuit, ut includere in se ipsâ potuerit totam immensitatem Dei? Ipse solus omnes pretiosas gratiæ divitias thesauris suis tenet inclusas; ipse distribuit has, sicut sibi placuerit, idque

juxta placitam sibi menturam: Sed bene advertet, quòd promittat nobis quatuor genera in Evangelio: *Mensuram bonam, & confertam, Luc. 6. v. 38 & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum.* Ecce quàm munificè exhibeat nobis thesauros divinæ suæ liberalitatis.

Mensura bona ipsius gratiæ est illa, quam impertitur omnibus electis, ut justos ipsos reddat & sanctos, Tres mensuræ gratiæ: bona conferta, coagitata.

ctos, ipsosque in suos adoptet Filios: mensura abundans vel conferta est illa, quam dedit suis Apostolis, & Ecclesie suae Doctoribus, ut fecundi essent fontes, qui effundere ipsam liberaliter possent mundo, pro conversione peccatorum & infidelium. Mensura gratiae coagitata est illa, quam contulit nonnunquam paucis quibusdam animabus privilegiatis, quas attollere voluit super alias, ut resplenderent velut Sol inter astra Sanctae Ecclesiae; veluti est S. Joannes Baptista, Sanctus Jeremias, quos sanctificavit in utero Matris ipsorum; S. Propheta Elias, S. Magdalena, S. Franciscus; quorum primus ardebat velut Seraphim, secunda innatabat aquis admirandae poenitentiae, tertius circumferens in corpore suo plagas Salvatoris sui apertas inaudito gratiae prodigio, reddebat amorem pro amore, & sanguinem pro sanguine. Bene dici potest, animas ejusmodi privilegiatas habuisse mensuram gratiae coagitatae & coacervatae, eo quod placuerit Deo in una sola accumulare tot gratias, quot fuisset opus ad constituendum magnum numerum aliorum Sanctorum.

Quarta
mensura
super efflu-
ens est pro
sanctissima
Virgine

Mensura superabundans, & supereffluens, quaeque transcendit omnem mensuram, reservata est pro JESU CHRISTO, & divina Matre ipsius; eo quod unus possederit inexhaustum & infinitum ipsius

thesaurum in seipso, velut sibi proprium; & altera acceperit illud totum integrum, non solum velut sacrum quoddam depositum sibi concredutum, sed velut pretiosissimum donum illius, qui cum proprium suum ipsi dederit Filium, denegare ipsi non poterat bona alia, quae ipso sunt minora, quaeque ipsam possidere aequissimum erat, velut dotem dignam & proportionatam sublimitati Matris DEI.

Hoc plurimum congruit sanctorum rationi, dicebam ipsi veruntamen non bene capio, quod intelliges per hanc gratiam: Hoc verbum gratiae significat multa: Sunt gratiae actuales, gratiae habituales, gratiae gratis datae, gratiae sanctificantes, de quibus gratijs loqueris, quando dicis, Sanctissimam Virginem habuisse mensuram gratiarum superfluentem, quae transcendat omnem aliam mensuram? Quid est propterea haec gratia? Quae ratione oportet ipsam concipere? Haec res sublimis est, respondit mihi, nec tam facilis ac expeditae declarationis, ut bene intelligi possit; nihilominus audi, quid dicam; spero me ipsam bene declaraturum.

Non loquor hic de gratia actuali, quae non est nisi favor DEI transitorius, quando dignatur visitare animam, vel per bonam aliquam inspirationem, quae illuminat ipsius intellectum, vel per bonum

Sunt plura
gratiarum
genera.

Non est
quae sit
gratia
actuali
gratias
ta.

non aliquem affectum, quo movet & impellit ipsius voluntatem; & post hæc transit, si anima sollicitam se & fidelem non præbeat, ad recipiendum illas. Non loquor hic etiam de gratijs gratis datis, quæ non tam gratiæ sunt eorum, qui illas recipiunt, quàm illorum, qui illas non recipiunt immediatè, eòquòd non sint nisi certa quædam talenta supernaturalia, quæ Deus confert nonnullis, ut illa impendant, ad procurandam salutem aliorum. Non dico autem, quòd Sanctissima Virgo non habuerit gratias actuales & gratias gratis datas; sed dico, quòd illas modò silentio præteream, & solùm loquar de gratijs habitualibus & sanctificantibus, quibus Deus replevit illam: Quæris, in quo consistit id genus gratiarum, quæve ipsarum idæa formanda sit nobis?

Respondeo, hanc gratiam pretiosam esse donum, quòd Deus largitur animæ ex divino amore suo, quâ confert ipsi tantam pulchritudinem, tamque acceptam ipsam suis reddit oculis, ut quando videt ipsam hæc exornatam, ita oblectetur ex ea, ut cogatur ipsam amare, ipsamque non amare ipsi foret impossibile; & idèò vocatur gratia, eòquòd bonam gratiam conferat animæ, & pulchritudinem, quâ grata reddatur Deo, & quanto plus hujus habebit gratiæ, tantò magis grata & accepta erit illi. Vocatur etiam gratia San-

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

ctificans, eòquòd impossibile sit hanc possideri ab animâ, quin evadat per ipsam Sancta: Sanctitas, quam hæc gratia ipsi confert, ita eam extollit, ut adoptetur in Familiam Dei & legitimam hæredem regni ipsius æterni; Est proin ipsi jus possidendi illud, & cum veritate dicere potest, id ex jure pertinere ad se; & admirabile est, quòd quamdiu possidet anima hanc gratiam sanctificantem, jus quòd habet ad possessionem bonorum æternorum, tam constans firmumque sit, ut Omnipotens Deus ex hæredare illam non possit; & ut aliquid dicam magis adhuc stupendum, portio, quàm prætereare potest in hæreditate Dei, tam est ampla, ut justitiam ipsi administrare, & quòd legitimè ad ipsam spectat, ei dare non possit, nisi inducat ipsam in possessionem omnium bonorum suorum, & totius suimet ipsius in omnem æternitatem. Ecce quanti valoris sit gratia sanctificans & habitualis, de quâ hic facio sermonem.

Video, dicebam ipsi, te talia loqui, quæ conferre possunt gratiæ sanctificanti magnam existimationem, & ingens in nobis excitare desiderium possidendi illam: nihilominus ipsam rem non tangis; nòsse enim aveo, in quo ipsa consistat, & quamam ipsius formanda nobis sit idæa: Estne Corpus? Estne spiritus? Estne accidens? Estne substantia? Estne portio sub-

B b b

stan-

Quomòdò
concupien-
dus sit effe-
ctus gratiæ
sanctifican-
tis.

Non est
questio de
gratiâ ac-
tuali &
gratis da-
ta.

stantiæ Dei, quæ concedatur nobis? Estne alia quædam anima, quæ adjungatur nostræ, ut faciat illam vivere vitâ divinâ? Estne ipsa persona Spiritûs Sancti, qui datur nobis! Omnes, qui de hoc genere gratiæ loquuntur, utuntur modis loquendi tam diversis, sibi que de eâ formant conceptus tam varios, tamque multiplices, ut merito quis hæreat dubius, cui adhareat. Vellem, ut propriè & præcisè mihi dicatur, in quo ipsa consistat, ut benè intelligere possim, quid Angelus voluerit dicere ad Sanctissimam Virginem, salutando ipsam gratiâ plenam: Viator noster sumpsit id laboris, & ecce quomodo declaraverit id ipsi.

Quid propriè sit gratia sanctificans.

Gratia habitualis & sanctificans non est neque corpus, neque spiritus, nec substantia, nec portio divinitatis, nec persona Spiritûs Sancti, nec nova quædam anima nostræ animæ adjuncta. Ut dicatur præcisè, quæ ipsius sit natura, dico, quòd sit accidens spirituale, & qualitas aliqua supernaturalis, quam Deus inherere facit animæ, quam vult justificare, quamque adoptat in Filiam suam; & hæc qualitas facit fermè eum anima, quòd facit lumen cum globo crystallino, quando ipsum penetrat; vel quòd facit calor cum igne, quando ipsum ardere facit & accendit. Afferro tibi has comparationes sensibiles, quia difficillimum nobis est concipere res spirituales, nisi per

quandam similitudinem, quam habent cum corporalibus: hæc duæ comparationes luminis & caloris tam sunt idoneæ ad representandum id, quid sit gratia sanctificans, quidque operetur in nostrâ animâ, ut minùs docti facilè hoc medio id possint comprehendere. Ut meliùs intelligatur.

Adverte, quòd Deus contulerit omnibus rebus creatis certas quasdam virtutes, vel certas qualitates, quæ ipsis propriæ sint & naturales, quæque nihilominus non sint propria ipsarum natura; volo dicere, quòd non sint propria ipsarum substantia: Exempli gratiâ, proprium est soli, ut illuminet, sed lumen non est substantia solis; proprium est igni, ut calefaciat per calorem suum, & hoc est ipsi valde naturale; calor tamen non est neque natura, neque substantia ignis. Omnes res possunt quidem communicare qualitates suas alijs rebus non tamen possunt communicare illis propriam suam naturam: Sol conferre quidem lumen suum, & splendorem suum globo crystallino, quem penetrat, non potest tamen conferre ipsi propriam suam substantiam, aliàs evaderet sol, quòd esse non potest: Ignis conferre quidem potest calorem suum, qualitatum suarum præcipuam, ferro, non tamen ideò ipsi confert propriam naturam suam, aliàs ferrum mutaretur in ignem, quòd nunquam fit; & tamen videtur, globum

Res creatæ
possunt
quidem
communi-
care qualitates suas
rebus alijs
non tamen
substantiâ
suam.

D. Th.
1. 2. q.
1. 1.

Palch.
doctri.
Thom.
circa
tiam
etific.

bum crystallinum radijs solaribus expositum fieri quemdam solem; tam similis evadit ipsi in lumine & splendore suo; dici etiam posset ferrum bene accensum in fornace verè esse ignem ipsum, tantam habet cum ipso similitudinem.

D. Thom. 1. 2. q. 122. a. 1.

Pulchra doctrina S. Thome circa gratiam sanctificantem

Vis modò capere, quid sit gratia sanctificans? S. Thomas mirum in modum id declarat, dicens; quòd sit participatio quædam divinæ naturæ, quæ excedat omnem aliam naturam; & sicut impossibile est omni alteri, quàm igni accendere ferrum, ita ut videatur esse ignis sicut ipse, sic impossibile sit omni alteri, quàm Deo, sanctificare aliquam animam, ita ut sancta videatur, sicut ipse. Proprium est rebus creatis, quæ non sunt nisi parva nihila respectu Dei, communicare qualitates suas certis subjectis tantâ cum vi & vehementiâ, ut quis diceret, aspiciendo hæc, quòd propriam suam ipsi communicaverint naturam: Sed proprium est Dei solius, qui ens est entium, qui includit in se omnem infinitudinem perfectionum infinitatum, conferre animam, quam sanctificat per gratiam habitualem, tantum secum similitudinis, ut videatur communicare ipsi propriam suam naturam, ita ut, qui videret ipsam in toto pulchritudinis splendore, quem accipit ab eo, crederet ipsam esse Deum ipsum. Ita Sanctus Spiritus manifestè de hæc re nobis loquitur in Sacrà Scripturâ:

Ego dixi, *Dij estis*: Dum gratiâ *Psalm. 81.* sanctificante aspexi vos exornatos, dixi, vos Deos esse; & alibi affirmat, ipsam participes nos facere naturæ Dei: *ut per hæc efficiamini. 1. Pet. 2. ni divina consortes natura.*

Hoc non est, quòd reipsâ communicare Deus possit propriam suam naturam alteri, quàm Filio suo Unigenito, & Spiritui Sancto, qui hanc ob rationem non sunt, nisi unus solus idemque Deus; similiter non est, quòd Sanctitas, quam communicat animæ, conferendò illi gratiam sanctificantem, sit proprietas vel qualitas distincta à naturâ divinâ, sicut calor est qualitas, quæ distinguitur à substantiâ ignis; sed est ipsius essentia, ipsius substantia, & propria ipsius natura, cum impossibile sit concipere aliud quod accidens in Deo: Et in hoc excellentia gratiæ sanctificantis prorsus est admirabilis, nobisque incomprehensibilis: Nolo dicere, quòd illa sit Deus ipse, novi ipsam esse creaturam; sed proprium Deo soli est producere ipsam & donare ipsam, cæteræ omnes creaturæ simul non possent illius producere vel atomum: propriam id Deo est, & possibile non est, nisi ipsi soli; sed quia ipse est ens quoddam totum simplex, non compositum ex partibus, non producit ipsam ex unâ parte sui ipsius, sed ex toto seipso; & quia hoc ens entium includit in summâ suâ simplicitate omnem infinitudinem perfectionis:

Excellentia gratiæ nos sanctificantis est incomprehensibilis.



fectionum infinitarum, illarum pulchritudinem exprimit, illamque includit in gratiâ sanctificanti, quam confert animâ, quam reddit pretioso hoc dono sibi adeo similem, ut dici posset, eam indutam esse propriâ ipsius naturâ, & esse Deum ipsum: *Divina consortis natura.*

Vide, & admirate, quâ ratione Sacra Scriptura hâc de re loquatur: *Rom. 5. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis: Charitas Dei idem est, quod gratia; Jam non dicit, hanc extractam esse è nihilo, quamvis verè sit creatura, sed dicit, ipsam effusam esse in corda nostra, sicut qui effunderet pretiosum quemdam liquorem è vase uno in vas alterum; Adjungit hoc factum esse per Spiritum Sanctum, qui nobis sit datus. Jam Spiritus Sanctus est Cor Patris & Filij, eò quod sit amor eorum reciprocus; videtur igitur, ipsam insinuare nobis velle, quod Deus effundat divinam suam gratiam è suo in cor nostrum. An unquam æstimari satis possit pretiositas hujus liquoris, si consideretur, è quo vale effundatur, & in quo vase recipiatur? an concipi possit felicitas gloria, sublimis status alicujus animæ recipientis illum? Si attendatur, quod è vilissimâ creaturâ, qualis est, reddatur tota divina & ita similis Deo, ut ferrum ardens in fornace non magis sit simile igni,*

Gratia effunditur è corde Dei in cor nostrum.

& qui videret ipsam in suâ pulchritudine, evaderet ipsam esse Deum.

O quantum obstupefco, quod relinquere nos Deus voluerit in ignorantia magnæ hujus felicitatis, & incertitudine, an verè possideamus ipsam, vel an ipsâ simus privati! *Nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit.* O Deus! si anima se videret in possessione certâ gratiæ sanctificantis, & bene illius agnosceret valorem; an vivere posset vel momento in terris, quin moreretur mox præ gaudio, videns, se magis divitem esse pretioso hoc thesauro, quàm si sola possideret omnia regna totius universi, omnésque mundos, quos Deus extrahere posset è fundo nihil? an aspicere & æstimare adhuc posset quidpiam rerum hujus mundi? Non, omnia viderentur ipsi minora, magisque contemptibilia parvis atomis adducta in comparisonem cum pretioso thesauro gratiæ suæ. Verùm an inducere animum posset perdendi illam ob minimum quoddam commodum terræ, vel imaginarij honoris summum, vel momentum voluptatis caducæ est probrosa? Et posito, quod perdidisset tam miserabiliter pretiosum adeo thesaurum pro re tam vili, & bene, quid fecerit, comprehenderet, quid fieret cum illâ? an continere se posset à desperatione? Nonne in frustra sese volet discerpere? Nonne omnes evocaret creaturas ad ulciscendum se

Ecclesi, 9

Psalm

Ist providentia Dei, quod clarè videre non possumus pulchritudinem gratiæ.


se de seipsâ, ut ipsam contererent, & redigerent in pulverem, tantâ contra seipsam exasperandâ foret rabie, quòd tam ingentem commiserit stoliditatem? O bone Deus, quàm ingens est misericordia tua, quòd ita celaveris nos & magnitudinem nostræ felicitatis, ne moreremur præ gaudio, & nostræ infelicitatis excessum, ne cedere mus fati præ mœrore!

Postquam Sanctus Rex David declaraverat summam felicitatem animarum gratiam justificantem possidentium, dicendo, quòd sint Dij: *Ego dixi Dij estis, & Filij excelsi omnes*; adjungit mox profundam abyssum infelicitatis, in quam præcipientes ruunt, si hanc amittant gratiam: *Vos autem sicut homines moriemini*. Itane! inconsideratæ animæ, vos Dij estis, per tam nobilem participationem naturæ divinæ; vobis datum est, ut esse possitis Dij immortales, nunquam non conservantes pretiosam hanc vitam, quàm nemo eripere vobis potest, nisi vosmet ipsæ; & vos mavultis miserè perire & mori velut homines, & mori morte æternâ velut damnati? Ah! excœcatos homines, qui claudunt oculos, & non vident profundissimum barathrum infinitorum ma-

lorum, in quod corruunt: *Nesciunt, neque intellexerunt in tenebris ambulans, movebuntur fundamenta terra*. Nonne horrenda hæc sit confusio, quæ concutere fundamenta valeat orbis, & tremore percellere montium cacumina? Desperata hæc rabies, quâ homines deserviunt in seiplos, quando exspoliant se gratiâ DEI ob res frivolas, ob vanitates & crepundia, an horrore non percellat cunctas creaturas, in stuporem non agat cœlorum portas?

Videbam zelum Viatoris mei abripere ipsam longiùs, quàm exspectaveram. Domine, quò deducis nos, inquebam ipsi; omnem hausi satisfactionem ex eo, quòd tam pulchra audierim te promentem de gratiâ, & tantò plus, quòd hæc omnia concluderis tam eximio ac pulchro affectu. Sed sperabam, locuturum te nobis de plenitudine gratiarum Sanctissimæ Virginis, & fermè nullam adhuc illarum fecisti mentionem. Revertor, unde discesseram, respondit mihi; oportebat autem hæc pius tibi insinuare, ut meliùs eò intelligeres; oportet quoque adhuc habere patientiam percipiendo illa. Successivè explanabo tibi omnia.

Summa infelicitas animæ amittentis gratiam.



B b b s

ARGU.

ARGUMENTUM.

*Quanam sit plenitudo gratiarum sanctificantium
in Virgine Sanctissimâ.*

ARTICULUS III.

Est temeritas velle respondere quæstioni, de abundantia gratiarum Sanctissimæ Virginis.

S. Epiphanius.

Quisnam benè & congruè respondere possit huic quæstioni: quæ nimirum & quanta gratiarum abundantia repleverit Sanctissimam Virginem, ad dignè disponendam ipsam, ut esset Mater proprii & Unigeniti Filij Dei? Velut certum teneo, quòd omnes intellectus tum Angelorum, tum hominum simul conjuncti illas capere non possint; quòdque non nisi Deus solus, qui numerat multitudinem stellarum, omnibusque illis nomina vocat, illarum noverit mensuram. Nonne igitur magna sit temeritas, parvum vermiculum audere de illis facere verba, similem illi, qui numerare contenderet omnes guttas aquæ, quas complectitur mare? Quo oculo aspiciamus Sanctissimam Virginem, nisi illo, quo aspexit ipsam S. Epiphanius, dum dixit: *MARIA est mare spirituale gratiarum.* Quis numerare possit omnes aquæ guttas magni hujus maris? Vellem hîc imitari illum pictorem, qui velo id obtegebat, quòd dignè non poterat exprime-
re penicillo suo: Lubens obducerem velò silentij hunc articulum, nisi scirem id ipsum, quòd dicere

de illis potero, non fore nisi simplex velum, & quasi silentium, cum certum sit, id esse, ac si nihil omninò dixissem: quidquid enim dixerò, respectu ejus, quòd est, nihil est.

Quid æstimandum de divitijs spiritualibus, quæ requiruntur ad constituendum dignam Matrem Dei. Olim Sanctus Rex David accepit à Deo expressum mandatum de exstruendo sibi templo, pro habitatione suâ: *Numquid adificabis mihi domum ad habitandum?* Ipse se accingit ad exequendum mandatum, & propterea accumulavit maximam vim & copiam auri, argenti, cupri, omnisque generis materias valde pretiosas, quæ excedebant valore bis millenos; quadringentos milliones aureorum: Totus populus Israel id admirabatur, & forsân etiam de hoc murmurabat: Rex dicit illis: Eheu! pauper sum ego, & fermè nihil est mihi, unde suppeditem impensas pro exstruendo augusto palatio, quod molior; quando totus & integer mundus reverteretur in aurum, non sufficeret mihi, ad condecorandum illud tanto, quanto diceret, splendore & magnificentia:

Mira abundantiæ divitiarum, quæ David congregavit erigendo Templo. 1. Paralip. 22.

tia: eòquòd non homini mortali, sed Majestati Omnipotentis DEI, quem adoro, ædificandi habitaculum & Templum est mihi animus: *Ego in paupertate meâ preparavi impensas domûs Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talenta, aris vero & ferri non est pondus sed hæc omnia propè sunt nihil pro eo, quòd meditor, opere: Grande opus est, neque enim homini, preparatur habitatio, sed Deo.*

Si requirebantur tam immensæ divitiæ, tamque ingentes apparatus pro erigendo Templo materiali, quòd servire non debebat, nisi ad offerendum vero Deo incensum & thura, sicut & quasdam animalium victimas; & si optimus hic Princeps secundum Cor Dei, conquerebatur de eo, quòd sua sibi paupertas non permetteret facere quid amplius, asseverans, id omne, quòd habebat, esse nihil respectu ejus, quòd congruebat pro Palatio infinitæ Majestatis Dei, quid cogitandum de thesauris gratiæ, quos Deus impendere voluit ad ædificandum sibi in seipso. Templum vivum in personâ Sanctissimæ Virginis? Volebat nempe is sibi exstruere palatium, quòd in dignitate & perfectione tantum antecelleret Templum, quòd moliebatur David, quantum ipsa veritas antecellit simplicem & nudam figuram: Palatium, in quo Deus personaliter habitare voluit per no-

vem menses; & quòd plus est his omnibus palatium, quòd æquè honorare voluit ac sinum æterni Patris sui, eòquòd non minùs realiter productus fuerit ex substantiâ unius, quàm ex substantiâ alterius; quòdque si unus est verus ipse Pater, altera sit quoque verè ipse Mater. Quis alius, nisi Deus nôsse potest, quàm abundantes gratiarum requirantur divitiæ ad disponendam magnificam hanc domum Dei: Neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo.

Ecce quâ ratione discurrendum nobis sit cum Sancto Bernardino Senensi, magno hoc & devotissimo Sanctissimæ Virginis cliente. Deus Pater producit Filium suum Unigenitum in æternitate; Sanctissima Virgo producit eundem hunc Filium Unigenitum in tempore: Ecce Patrem & Matrem ejusdem personæ divinæ. An necessariæ erant quædam dispositiones Deo Patri? Volo dicere; an opus habebat mendicare aliunde aliquas perfectiones, quibus necessario opus tam nobile fuerat ad ornandum? Non, eòquòd ipse infinitâ ratione sit dives ex seipso, & includat in suâ essentiâ omnem divinarum perfectionum infinitudinem: habuit ergò illarum satis, non tamen habebat plus quàm requirebatur: ipsas omnes impendit absque exceptione, & si per impossibile habuisset minùs quàm habuit, nunquam id satis fuisset ad

Discursus S. Bernardini circa abundantiam gratiarum Matris Dei.

S. Bernardinus tom. 1. serm. 61. c. 11.

pro-

producendum talem Filium, qui esset Deus infinitâ ratione perfectus, sicut ipse. Sanctissima Virgo produxit eundem Filium: Verum est, non produxisse ipsam Naturam divinam, sed nec Pater produxit ipsam, cum hæc sit ex seipsâ: Ipse produxit realiter personam divinam Filij sui; & Sanctissima Virgo produxit etiam realiter personam ejusdem Filij; & hoc naturale est, imò etiam necessarium Patri æterno producere Deum sibi similem, & hoc prodigiosum est Sanctissimæ Virgini, eòquòd ipsa Deus non sit.

Ipsa dives non est ex semetipsâ, sicut Pater æternus; nihilominus producere debet Filium suum Unigenitum ex propriâ suâ substantiâ, sicut producit ipse illum ex suâ; ipsa non habet perfectiones infinitas in propriâ naturâ suâ; ipsa creatura est extracta è nihilo, non nisi purum nihil habens ex proprio suo: quid agendum, ut reddatur idonea ad producendum Deum è proprio sinu suo? Opus est igitur per gratiam supplere id, quòd deest per naturam; aliud nil superest remedij. Unde omnes desumantur hæc gratiæ? Exhaustiendi sunt igitur omnes thesauri Dei, quamvis dicatur ipsos esse inexhaustos. Quando collatæ fuerint ipsi omnes gratiæ, quæ includuntur in thesauris Dei, abs eo, quòd vel unica reservertur; an æquè dives erit, vel æquè perfecta, ac Deus

Pater? Non, ipsa semper erit creatura, & non Deus, sicut ipse. Et si per impossibile ipsi tantæ fuissent collatæ, quantæ sufficerent ad reddendum ipsam æquè divitem per gratiam, sicut Deus Pater est per naturam: an haberet ipsa plus, quàm opus foret ad producendum eundem Filium, quem Deus Pater producit exhauriendo totam suam substantiam? Manifestum est, quòd non; quia ad producendum eandem rem, oportet habere eandem virtutem.

O Deus! dicebam ipsi totus attonitus ex eo, quòd audiebam: quòd nos deduceret hic discursus? Concludendum igitur foret, ipsam æqualem fuisse Deo, ut æqualiter esset Mater verbi æterni. Hem! quis admittere audeat hanc conclusionem? Sanctus Bernardinus Senensis, respondet mihi, non timet eam inde deducere, idque affirmare proprijs hisce verbis: *Unde debuit elevari ad quandam cum Deo aequalitatem; & nemo timere debet illa repetere post ipsum, velut Echo tam magni Sancti, qui ipsemet ea non dixit, nisi velut Echo Spiritus Sancti, qui illa dictavit & inspiravit cordi ipsius.*

Ignosce mihi, Domine, si dixerò tibi, comparati non debere Sanctissimam Virginem cum Deo. Omnis creatura quantumvis Excellentissima, cum Deo comparata est

Virginem
cum D
sed ma
faciunt

Matth
v. 48.

Sanctissimæ
Virgo elevata fuit
per gratiam
ad æqualem
similitudinem
cum Deo Patre
ad producendum
Filium ipsius
Unigenitum.

Mal

Hereticis
scandalizatur,
dum sit
aliqua comparatio
ad illam.

Virginis
cum Deo.
sed malè id
dicunt.

Matth. 5.
v. 48.

Psal. 21.

est nihil; Cur igitur comparetur
nihilum cum Majestate infinita:
Video bene, replicuit mihi, legis-
se te libros hæreticorum: Sic enim
loqui, recepti apud ipsos moris est,
sub obtentu defendendi gloriam
Dei, ne ullam usurpent, & ini-
què sibi vendicent creaturæ. Quid
dicerent ipsi JESU CHRISTO, ex-
pressè nobis in Evangelio præci-
pienti: *Estote perfecti, sicut Pater
vester cælestis perfectus est?* Si re-
quirat hoc à servis suis; an offen-
datur, si affirmetur de divinâ Ma-
tre suâ, quòd ipsius perfectio ma-
gnam habeat similitudinem cum il-
lâ Patris sui cælestis? Quid dice-
rent magno Apostolo prædicanti
& docenti, quòd vocati sumus per
gratiam, ut conformes reddere-
mur Imagini Filij, qui eandem in-
finitas habet perfectiones cum Deo
Patre suo? Quid dicerent supre-
mo Creatori orbis universi, quan-
do audirent ipsam formare consi-
lium, faciendi hominem ad ima-
ginem & similitudinem suam?
Nonne comparari potest ectypon,
cum suo Archetypo, ut videatur
an sit illi conforme? Et quando
legunt in Scripturâ, quòd appel-
lemur Dij: *Ego dixi, Dij estis;*
quæ est auctoritas citata ab ipso Sal-
vatore nostro in Evangelio, ad
confundendum Judæos, qui scan-
dalizabantur ex eo, quòd dixerit
se æqualem Patri suo: quando sic
locutus est, an carebat zelo
ad defendendum gloriam DEI,
R. P. Isaac Consultus. Tom. III.

ne hanc usurparet sibi creatura?

Nil magis usitatum est in Sacrà
Scripturâ & idiomate Sanctorum
Patrum, quàm comparationes
Creatorem inter & creaturam;
propterea autem dicere non vo-
lunt, quòd creatura sit Deus; sed
potius ex hoc semper ostendunt,
quòd creatura sit aliud quid, quàm
Deus, còquòd nunquam fiat com-
paratio, nisi inter duas res diver-
sas, cum inauditum sit, quòd ea-
dem res comparetur sibi ipsi: non
volunt etiam dicere, quòd creatu-
ra perfectam æqualitatem habeat
cum Deo, ita ut ipsa sit tanti,
quanti Deus: Non tenemus ampli-
us tempora Idololatrarum, ut
agnoscamus & adoremus plures,
quàm unum solum verum Deum.
Non est modò nec unicus in terris
Christianâ imbutus Religione, qui
non agnoscat, quòd comparatio-
nes quæ fiunt cum Deo, ita sint
diversæ, ut semper maneat infini-
ta distantia inter Creatorem, qui
habet infinitum suum esse ex seip-
so, & creaturam, quæ non nisi
parvam habet entitatis particulam,
quam Deo placuit conferre ipsi.
Nunquam Christianorum ullus vel
dixit, vel cogitavit, æqualitatem
esse perfectam inter utrumque; Et
quando Sanctus Bernardinus scrip-
sit, quòd Sanctissima Virgo per
gratiam elevari debuerit ad æquali-
tatem cum Deo, ut producere
posset Filium ipsius Unigenitum,
non dixit: *ad perfectam cum Deo*

Quomodò
intelligen-
dæ sint
compara-
tiones quæ
fiunt crea-
turas inter
& Deum.

C c c

æqua-

aequalitatem; quòd magna esset blasphemia; sed dixit: *ad quandam cum Deo aequalitatem*; Et hoc est quòdam modificatio, quòdam attemperamentum, conferens supremum honorem Dei, in incomparabili suà magnitudine, & elevans Sanctissimæ Virginis gloriam ad altissimum, quem creaturarum nobilissima conscendere possit gradum & fastigium.

Stupenda
magnitudo
gratiarum
in Sanctissi-
ma Virgine.

Afficis me solatio, dicebam ipsi, quòd afferas mihi ejusmodi declarationem circa hoc argumentum, quòd conciliare mihi poterat aliquem scrupulum; Verùm habeo adhuc alterum, qui meum divexat animum circa stupendas & admirabiles consequentias, quæ deducantur ex discursu Sancti Bernardini: Si hic discursus, qui mihi admodum conveniens videtur, verus est, sequitur ex eo, quòd Sanctissima Virgo sola plures acceperit gratias, quàm omnes creaturæ simul; dico plures, quàm omnes novum chori Angelorum, quorum multitudo est innumerabilis; plures, quàm omnes Sancti, qui sunt in cælo & in terrâ, quique erunt usque ad consummationem sæculorum, quòdque sola magis locuples sit futura quàm omnis simul paradysus; eòquòd certum sit, quòd omnes gratiæ tum Angelorum, tum hominum, simul unitæ ipsos elevaturæ non sint ad quandam cum Deo æqualitatem, mediante quâ reddantur capaces

ad producendum Filium ipsius Unigenitum. Concedo tibi hanc consequentiam, respondit Viator, quam æquissimam, & rationi plurimum consentaneam invenio: Novi bene, quòd consideranti illam penitius & propius hæud levem pariat admirationem; quòd denotet aliquam gratiarum immensitatem nostro incomprehensibilem animo; sed quæretem ex te ipso; an comperis hoc nimium esse pro Matre Dei? An Filius DEI nimium honorabitur, si habuerit talem Matrem; & Pater æternus an plus confert Sanctissimæ Virgini, concedendo ipsi omnem hanc gratiarum abundantiam, quàm contulerit ipsi concedendo illi Filium suum Unigenitum? qui dedit, quòd est plus, an non donabit, quòd est minus?

Sequitur insuper, profecutus sum cum admiratione, quâ animum gerebam gravidum, quòd Sanctissima Virgo solo plus mereatur honoris & homagij, quàm omnes Sancti Angeli, quàm omnes Sancti homines simul, eòquòd Deus ipsam solam magis accumulaverit & honoraverit divinis suis favoribus, quàm cæteras omnes creaturas: obstricti ergò essemus, ad imitandum Deum, ipsi reddere plus honoris & laudis, plus reverentiæ & obsequijs, quàm cæteris omnibus simul Sanctis? Concedo & hanc perquam lubens consequentiam, replicat is mihi; Et hæc

Sanctissima
Virgo mere-
tur plus
honoris so-
la, quàm om-
nes simul
Sancti.

Modus
excedere
in honore
quem
pendit
Sancti
Virgini.


hæc etiam totius Catholicæ Eccle-
siæ mens est nos docentis, quòd
omnes alij Sancti à nobis hono-
randi sint cultu, quem appellat
cultum Dulciæ (nec permittit nobis
reddere majorem omnibus Sanctis
simul, cujuscunque sint Sanctita-
tis & perfectionis) præcipit autem
nobis Sanctissimam Virginem hono-
rare cultu majori ac superiori,
quem appellat cultum Hyperdulciæ.
Ipsa igitur sola meretur & reportat
omnem hunc honorem superio-
rem, qui nonnisi ipsi soli debetur;
omnes alij Sancti simul non me-
rentur, nec accipiunt nisi hono-
rem alterius omninò naturæ, in-
feriorem illo, qui soli debetur
proptiæ Matri Dei. Et sanè, si
consideremus, quâ ratione hono-
raverit illam Deus, fatebimur, nos
procul abesse ab eo, quòd tantum
impedamus ipsi honoris, quan-
tum is illi impendit, quantumque
vult ipsi impendi à nobis.

Hem! itane? interpellavi ip-
sum, an multos in hoc status li-
mites? an excedere non possem in
cultu, quem reddam Sanctissimæ
Virgini? Ita, respondit Viator, si
redderes illi cultum supremum La-
triæ, qui nonnisi Deo debetur, in-
finitâ ratione displiceres Deo &
Sanctissimæ Virgini, quæ ipsamet
impendit illi adorationem & amo-
rem supremum, nulli debitum, ni-

si divinæ ipsius Majestati; & ipsa
offensam se crederet, si impende-
res illi, quæ non est nisi creatura,
& omnium purarum Creaturarum
humillima, cultum nonnisi Deo
debitam; sed modò non impen-
damus ipsi hunc (dico hunc supre-
mum honorem Latriæ) ne timeas,
excessurum te, reddendo ipsi om-
nes quoscunque summos & maxi-
mos honores, profundissimas ve-
nerationes & reverentias, quas po-
teris excogitare: quidquid feceris,
longè adhuc abes ab eo, quòd tan-
tum impendas illi, quantum im-
pendi vult Deus divinæ Matri suæ
ab omnibus cæteris creaturis suis;
magna profectò foret injuria con-
queri de excessu; conquerendum
potius foret de defectu devotionis
Christianorum omnium erga San-
ctissimam Virginem; cum certum
sit, nunquam nos affecuturos, ut
tantum honoramus illam, quan-
tum honoravit ipsam Deus, dum
elegit & assumpsit ipsam in pro-
priam Matrem suam.

Obletatur plurimum ex hoc
colloquio; sed quia satis adhuc
non capiebam abundantiam gra-
tiarum Sanctissimæ Virginis, non-
dum ex integro satisfactum mihi
fuerat; rogavi igitur ipsum, ut ma-
gis circa hoc argumentum me in-
formaret, & dixit mihi.

* * *



Sanctissima
Virgo
etiam
honoris
a, quæ
es hinc
Sancti.

Modus non
excedendi
in honore,
quem im-
pendimus
Sanctissimæ
Virgini.

ARGUMENTUM.

*De admiranda augmentatione gratiarum
in Sanctissima Virgine.*

ARTICULUS IV.

Agis me in abyssum, cujus non videbis fundum; Nam si dicam tibi, quod hęc super re scire desideras, videbitur tibi incredibile, saltem si non merueris, nos loqui de propriā Matre Dei, de quā nunquam fermē sermo fieri potest cum excessu, modō id, quod dicitur, semper sit infra Deum. Ubi adjuvemus infirmitatem nostri intellectūs ad portandam molem magnarum veritatum, quę aliās nos obruent, ponamus ab initio certa principia, quorum nobis summa est certitudo, & deinceps magis dociles erimus ad comprehendendam consequentias, quę inde deducuntur.

Sanctissima Virgo accipit ab initio gratiam saltem æqualem illi, quam accipit primus Seraphinorum.

Primum principium est, quod Sanctissima Virgo, cum electa fuerit à Deo super omnes alias creaturas, ut esset propria Mater sua, ipsa fuerit illi magis accepta cæteris omnibus; quodque, cum gratia acceptos & gratos reddat nos Deo, ipsa consequenter acceperit plus gratiarum, quàm cæteræ omnes creaturæ; Sed quia nemo est ratione præditus, qui non faciliè credat, quod Deus concesserit saltem tantum propriæ Matri suæ, quantum servorum suorum summo ac

præcipuo, supponamus solum, non recepisse ipsam ab initio nisi gratiam æqualem illi, quam accipit Seraphinorum supremus. De hoc dubitari non potest, dicebam ipsi: Ecce igitur, replicuit mihi Viator noster, primum nostram infallibile principium.

Secundum principium, cui firmiter inhærendum est, quod prima hęc gratia à Sanctissima Virgine accepta, nunquam manserit in eodem statu. Siquidem cum ipsa non fecerit, sicut fecit servus inutilis, qui ex reprehensibili negligentia talentum Domini sui involvit ludario; ipsa insuper fuerit viatrix, adeo que obligata semper progredi in viâ suâ, volo dicere, semper proficere & augere temper gratiam acceptam; adhęc ipsa debuerit hanc fidelitatem Deo, hoc exemplum fidelibus, hancque assiduitatem propriæ suæ perfectioni; ipsa procul dubio fidelior fuit omnibus cæteris puris creaturis; & consequenter majori passu ambulavit viam perfectionis, quàm omnes alij Sancti, qui unquam extiterunt. An dubites de hoc principio? interrogavit me Viator noster.

Sanctissima Virgo semper profecit in gratia.

Gratiæ geruntur vel iuxta & viâ aduoriorie

ster. Non, dixi ipsi; & huic labens annuo.

Habitus au-
gentur &
crescunt per
actus.

Pono igitur pro tertio, ipse pro-
sequebatur, quod habitus virtu-
tum, præcipuè Charitatis Sanctæ,
quæ est vel idem, quod gratia san-
ctificans, vel saltem inseparabilis
ab eâ, & ambulans semper eodem
cum illâ passu, semper augeatur
per actus: ita ut hæc virtus exer-
ceri non possit, quin etiam augea-
tur: Sicut nihil usitatus est in
scholis, quam quod habitus au-
geantur per actus; quod axioma
recipitur ab omnibus, ab ipsâ do-
cetur experientiâ, & nec quid-
quam patitur difficultatis.

Gratia au-
getur plus
vel minus
juxta vim
& virtutem
actuum meri-
toriorum.

Tandem pono pro quarto & ul-
timo principio, ut ponam velut
quatuor sortes & solidas columnas,
ad sustentandum totum nostrum
ædificium: quod augmentatio,
quam habitus virtutum recipiunt
per actus, sit major vel minor, jux-
ta quod actus majoris vel minoris
fuerint perfectionis, ita ut anima,
quæ produceret actum amoris Dei
secundum totam virtutem, totam-
que amplitudinem habitus sibi à
Deo concessi, dimidiâ ex parte
adaugeret charitatem & gratiam
sanctificantem in corde suo. Quod
si hic habitus dimidiâ ex parte ad-
actus & confirmatus impenderet
ulterius totus integer, & juxta
totam virtutem suam ad producen-
dum actum secundum, hic idem
faceret, quod fecerat actus alter,
nimirum adaugeret adhuc habi-

tum, alterâ dimidiâ ex parte:

Quod si adhiberetur ad producen-
dum actum tertium, conficeret ter-
tiam quandam augmentationem; & sic de cæteris actibus juxta pro-
portionem est discurrendum: cum
certum sit, quod habitus virtutis
recipiat semper per augmentatio-
nem, omnem vim & fortitudinem
actus, quem ipse produxerit.

Consule
Suarez
tom. 2. p. 3.
disp. 18. § 4

Applicemus modò omnia hæc
quatuor principia Sanctissimæ Vir-
gini: In primis accepit ipsa statim
ab initio gratiam saltem æqualem
illi, quæ collata fuit supremo Se-
raphinorum: Secundò non reli-
quit ipsa hanc gratiam otiosam in
animâ suâ, sed potius adauxit il-
lam semper quoad viatrix extitit in
terris: Tertio perfecit ipsam juxta
vim virtutem & fortitudinem
actuum amoris Dei, quos exercuit
erga Deum: Quarto ipsa nun-
quam extitit nec ignava, nec ne-
gligens, dum operam & animum
intendit Deo? ipsa semper egit
juxta totam amplitudinem gratiæ
suz, & juxta omnem fortitudi-
nem Amoris sui: aliàs Sanctissima
Virgo exaltata ad dignitatem Ma-
tris Dei, & consequenter obligata,
ut esset perfectior omnibus puris
creaturis, fuisset obnoxia alicui im-
perfectioni, quæ vix excusatur in
Christianorum novissimo.

Quatuor
principia
certa, è qui-
bus stupa-
de trahua-
tur conse-
quætiæ cir-
ca magai-
tudine gra-
tiam San-
ctissimæ
Virginis.

Quatuor his principijs supposi-
tis velut certis & indubitis: ve-
niant modò omnes in mundo
Arithmetici, & impendant om-

nem suam industiam, & intendant omnes ingenij sui nervos, ut supputent & revocent ad calculos continuam augmentationem gratiarum Sanctissimæ Virginis: antequam centesimam laboris sui partem confecerint, jam videbunt se suæ scientiæ attigisse metam, & fatebuntur, se nihil hic amplius comprehensuros. Siquidem supposito, quod ipsa receperit à Deo in primo instanti Conceptionis suæ, sicut est valdè credibile; vel ponamus saltem ad tollendam omnem disceptationis ansam, in primo instanti, quo alij infantes recipere solent usum rationis; ipsa, inquam, acceperit in hac ætate gratiam & amorem æqualem illi, quem accepit primus & præcipuus Seraphinorum; & hæc minima est gratia, quæ concedi potest Matri Dei; sed æque dubitari potest, quin in primo instanti, quo recepit habitum hujus gratiæ, hujusque Charitatis, quæ à Deo infunduntur animæ, mox produxerit primum suum actum amoris: Siquidem ultra hoc, quod sit obligatio universalis, omnibus creaturis ratione præditis communis juxta S. Thomam, devovendi se Deo, quamprimum ipsum cognoscunt, & producendi actus fidei, spei & charitatis; sitque extra dubium, quin Sanctissima Virgo perfectissimè magnæ huic satisfecerit obligationi: idem Doctor Angelicus docet, quod non sit virtus, quæ tam sua-

Quando
Sanctissima
Virgo ince-
perit amare
Deum.

vi & forti inclinatione feratur ad producendos suos actus, sicut Sancta Charitas.

Sequitur ergò, quod à primo hoc instanti, quo ipsa accepit gratiam & charitatem saltem æqualem gratiæ & charitati supremi Seraphini, quove exercere hanc cepit, producendo primum actum amoris Dei, incepit augere ipsam, & producendo illum perfectè, id est, juxta totam amplitudinem & virtutem sui habitus, adauxerit ipsam dimidià ex parte. Quando igitur produxit ipsa secundum actum eadem cum perfectione quæ primum, id est, impendendo omnem vitam ac robur hujus habitus jam duplò majoris, quàm fuerit in principio, adauxit iterum bis tantò perfectionem sui habitus: Et id ipsum fecit cum acta tertio, decimo, centesimo & cum omnibus alijs juxta proportionem, de quo omninò dubitari non potest, quin reddatur obnoxia defectui, quem omnes bonæ animæ in se ipsis reprehendunt, quando commiserunt aliquam ignaviam, vel aliquod genus negligentiam in operâ, quam navant Deo, vel in exercitio divini ipsius amoris. Quis imputate audeat magnum ejusmodi defectum Virgini Sanctissimæ? An producebat ipsa frequenter actus tam nobiles, interrogavi Viatorem nostrum; Deus solus id novit, respondit mihi; credendum est nobis, nullam aliam animam fuisse un-

Quomodo
congeni-
tate ince-
perit amo-
rem suum.

se unquam tam fidelem, tam ferventem, tamque intentam Deo; supponamus tamen, ipsam nonnisi unicum produxisse singulis diebus vitæ suæ, semperque viginti quatuor horis permanisse in eodem statu, abs eò, quòd faceret aliquem progressum, usque in diem alterum; procul dubio autem difficulter mihi persuadeo, ipsam non fecisse plus, eòquòd tot bonæ animæ, quæ nihil sunt in comparatione ipsius admittantur in dies singulos pluries ejusmodi elicere actus. Sed supponam, quòd non credo, ipsam aliud non fecisse, nisi quòd semel duntaxat in die adauxerit dimidiâ ex parte magnitudinem gratiæ, & vim roburque amoris sui.

Verum omninò esset, quòd secundo diè jam habuerit bis tantum gratiæ & amoris Dei, quantum habet Seraphinorum supremus; tertio diè quater tantum; quarto diè octies tantum; quinto diè sedecies tantum; sexto diè trigies bis tantum; septimo diè sexages quater tantum; octavo diè centies vigies octies tantum: Numera sic de diè in diem, duplicando semper dimidiâ ex parte, & invenies, antequam unicum duntaxat absolveris mensem, qui non continet, nisi triginta dies, ipsam acquisivisse jam gradum gratiæ & amoris, qui transcendebat illum Altissimi Seraphini in cœlo: quoties putas? Mille sexcentorum

quadraginta duorum millionum, sexcentis & octo millenis, ducentis, sexaginta duabus vicibus.

Auscultans prodigiosum hunc numerum hæsi totus attonitus, nec potui id comprehendere. O Deus! quantus gratiarum numerus intra unius solummodò mensis spatium, non duplicando nisi semel de diè gradus gratiæ & amoris ipsius! Id adeò stupendum mihi videbatur, ut dicere jam ipsi decreverim; Non credo tibi: nihilominus memor ejus, quòd mihi dixerat, oportere semper persuasum esse animo, nos loqui de Matre Dei, circa quam alia observari non debeat mensura, nisi quòd agnoscamus, ipsam reverà semper esse plurimum & longissimè infra illum; sed tamen etiam summè exaltatam supra omnes alias creaturas, mentem induxi & intellectum, ut crederem.

Viator noster suum prosequatur sermonem innixus regulis suæ Arithmetices, & principijs ab initio positis: Obsecro te, inquit mihi, considera, quænam inde deducatur consequentia. Si assecuta est ipsa numerum adeò stupendum, intra unius solummodò mensis, nonnisi triginta dies complectentis, spatium; quid assecutam putas intra spatium unius anni, numerantis trecentos sexaginta quinque dies. Supputa & computa, quantum volueris, id jam transcendere omnem numerum Arithmetices, certo certius invenies: Quis igitur

Supputatio stupenda, sed justa omninò.

Multiplicatio, quæ finem imponit omni Arithmetices numero

igitur imaginari sibi poterit, quantæ fuerint ipsius divitiæ post annos triginta? si ita geminavit indies dimidiâ ex parte perfectionem gratiæ & amoris sui per actus secundum totam latitudinem habitus sui productos; nec omnes Angeli, nec omnes homines simul, sat acriter ingenio, ut totam illius summam valeant supputare. Quid dicas igitur de quinquaginta annis? Et quid de sexaginta & tribus, quibus juxta aliquorum mentem vixit in terris? Deus solus id novit; omnes creaturæ simul idoneæ non sunt ad id capiendum: Oportet hinc obmutescere, & totum attonitum hætere ex aspectu hujus prodigij; sustine tamen, inquit mihi, & memento semper nos loqui de propria Matre Dei, quæ nunquam habere potuit gratiarum nimium, pro sublimissimâ, quam possidebat, dignitate.

Posthæc mihi dixit rem magis adhuc stupendam. Illi, qui has revocare vellent ad calculum, invenirent, quod post duos ducentos annos, gradus gratiæ & amoris ipsius multiplicati jam essent usque ad numerum multò majorem, quàm sit ille, omnium granorum arenæ, quæ sunt ad litus maris; & si contenderent progredi ulterius, invenirent, quod post annos decem attingissent numerum multò majorem granorum arenæ, quàm necessarius foret ad replendum totum spatium à centro mundi usque

ad firmamentum; & si suam ulterius adhuc producerent supputationem, clarè viderent, quod, antequam attingeret ipsa ætatem quinquaginta annorum, ipsa possideret plures gradus gratiæ in suâ animâ, quàm arenæ granula necessaria forent ad replendos viginti milenos mundos, ejusdem cum præfenti magnitudinis. Non oportet ulterius progredi; ingenium acutissimum obrunderetur, seque confunderet in his abyffis. Nihilominus propterea succumbendum non est oneri, credendo hæc omnia exaggerationem esse impossibilem; sustinenda & stabilienda est gloria Sanctissimæ Virginis, duobus hisce prævalidis innixa fundamentis. Primum, quod ipsa sit verè Mater Dei, quodque nulla sit gratia, quantumvis magna, quæ dici posset esse nimia pro dignitate Matris Dei secundum, quod licet Sanctissima Virgo possideat hoc gratiarum fastigium, quod videtur adeò stupendum, tantæque super omnes alias creaturas altitudinis, ipsa infinitâ adhuc ratione futura sit infra Deum.

Invenio considerationes tuas valde bonas, dicebam ipsi, nihilominus vix credo, Sanctissimam Virginem habuisse capacitatem recipiendi tantam gratiarum, quas numerare sit impossibile, abundantiam. Nonne enim fatearis, quod gratiæ sint accidentia, quæ non subsistunt ex semetipsis, sed potius

Exaggeratio, quæ confundit omnes intellectus Angelorum, tum hominum.

Obiectio quæ videtur constringere.

Objectio,
quæ vide-
tur con-
tingere.

porius indigeant subiecto ipsas sustentate? Jam manifestè videmus, quòd substantiæ creatæ, quæ sustentant accidentia, non nisi virtutem habeant limitatam, quæ non permittat ipsis recipere accidentia usque ad gradum infinitum, sed solum usque ad certam mensuram postquam recipere plura non possunt: Philosophi limitant hanc mensuram ad gradum octavum tantum. Pone accidentia ignis, quæ sunt siccitas & calor, in ligno usque ad gradum quartum, usque ad sextum, & usque ad septimum, portabit & sustinebit illa, abs eo quòd pereat: Verùm si qualitates hæc attingant gradum octavum, oportet perire lignum & mutari in ignem: pone ferrum in fornace, non potest hoc mutari in ignem, sicut lignum; accipiet quidem usque ad octavum gradum calorem & videbitur ignis, & foret reipsa, si haberet ad hoc capacitatem: tene illud in fornace, quamdiu volueris, & tantum accende, quantum potueris, nunquam tamen ex illo quid amplius recipiet, eo quòd substantiæ creatæ capacitatem non habeant recipiendi accidentia ultra gradum octavum. Hinc difficulter comprehendo, quòd, cum Sanctissima Virgo, cum non fuerit nisi substantia creata, fuerit capax ad recipiendum gratias, quæ sunt accidentia, in tantâ abundantia, sicut exposuisti mihi.

Quò abduceris, reponit mihi,
R. P. Isaac Consultat. Tom. III,

cum Philosophiâ tuâ naturali? an discurrendum sit, de rebus spiritualibus, sicut de materialibus? an exploratam non habes inestimabilem animæ nostræ nobilitatem? an te later, ipsam in suâ essentia includere capacitatem infinitam? An, cum creata sit ad possidendum æternaliter Deum, qui est magnitudo quædam infinita, impleri consequenter non possit omni eo, quòd minus est ipso? Quando recepisset aliqua anima centies tantum gratiarum, quantas dinumerare contendimus in Sanctissimâ Virgine, hæc anima nec repleta esset, nec contenta nisi haberet etiam possessionem Dei ipsius; hæc anima, quæ haberet omnes has gratias, non haberet nisi creaturas, & nunquam plenâ fruetur satisfactione, nisi possideat ipsum Creatorem.

An insuper ignoras, quòd gratiæ sint accidentia spiritualia talis naturæ, ut non tantum suum non destruant subiectum, quando ibi sunt in gradu quodam excessivo (sicut calor destruit lignum, quando excessivus est) sed porius perficiant illud, & quidem tanto magis, quanto majores & cumulationes fuerint in illo? Et an nescis, quòd qualitates spirituales non recipiantur à subiecto suo, quòd nostra est anima, sicut recipitur aqua in vase quodam, quòd replet, ita ut postquam hoc recepit certam quandam illius magnitudini suæ

Responsum
satisfaciens
difficultati.

Quantam
gratiarum
abundantiâ
capere pos-
sit anima.

D d d pro-

proportionatam quantitatem, eâ sit plenum, & ita occupatur, ut amplius quid ex ipsâ recipere non possit? Tene contrarium de qualitatibus spiritualibus! crede, quòd quando recipiantur in nostrâ animâ, hæ ipsam dilatent, ipsique capacitatem tribuant, ad recipiendum ipsarum adhuc majores; Et quando recipit has novissimas, melius adhuc disponatur, ad recipiendum illarum copiosiores; quòdque nunquam futura sit ipsa ita plena, & eòusque occupata omnibus, quæ hujus generis recipit, accidentibus, quin earum recipere posset plures.

Dimitte igitur philosophiam tuam; ausculta potiùs Theologiam Sanctorum Patrum, de gratijs Sanctissimæ Virginis loquentium. Fallor, si aliena teneant sensa ab eis, quæ hic exposui tibi. Lege Sanctum Bonaventuram in speculo, quòd continnavit nobis de admirabili hæc Matre; videbis ibi, quòd omnes gratiæ aliorum Sanctorum simul, non sint respectu gratiarum Sanctissimæ Virginis, nisi quòd est fluvius respectu maris; quòdque sicut hic sese perdit in ingenti hæc abyssò, ubi non magis apparet, quàm aquæ stilla, respectu vasti hujus elementi; ita omnes gratiæ aliorum Sanctorum nonnisi stillæ & guttæ sint, comparatæ cum magno Oceano gratiarum Virginis Sanctissimæ: *Omnia flumina intrant in mare, dum om-*

S. Bonavent. in

nia charismata gratiarum intrant Spec. B. V. in *MARIAM*. S. Epiphanius invenire non poterat verba satis efficaciam ad exprimendum id, quod mente tenebat, hinc gratias Sanctissimæ Virginis encomio condecorat immensitatis: *Gratia MARIÆ Beata Virginis est immensa:* quibus verbis plura vult dicere ijs omnibus, quæ diximus, nam quod immensum est, absolute nullis constringitur limitibus. Sanctus Joannes Damascenus confitetur, quòd infinitam agnoscat differentiam inter gratias Sanctissimæ Virginis, quæ est Mater Dei, & illas omnium aliorum Sanctorum, qui nonnisi sunt servi ipsius: *Matri Dei & servorum Dei infinitum est discrimen.* Cum omnes alij Sancti Doctores Ecclesiæ loquantur de his eadem fermè ratione, supervacaneum foret hic illorum ac cumulare testimonia.

Verum est, dicebam ipsi, pro conclusione, subscribo libens ipsorum opinioni, persuasissimus meus est animus circa hanc veritatem, quòd abundantia gratiarum Sanctissimæ Virgini concessarum, ad disponendum illam, ut dignissima esset Mater Salvatoris mundi, nobis sit incomprehensibilis; Et utinam accenderetur cor meum vero desiderio imitandi ratione quædam hanc augmentationem gratiæ, quam ipsa tam continuo, tamque fideliter est prosecuta: videtur mihi esse opus non adeò difficile habenti

S. Epiphanius de libris Virg.

S. Damascenus de Dormit. Virg.

Den
ser
plen
rest
inco
aug
sus

benti bonam voluntatem. Obsecro te, informa nos circa hoc argumentum, ut saltem reportare possimus fructum ex hac Consultatione.

ARGUMENTUM.

Quantum possibile, imitanda est Sanctissima Virgo in augmentatione primæ gratiæ, quam ipsa accepit.

ARTICULUS V.

Videtur mihi, dicebam Viatori meo, quod si velle- mus, nihil tam nobis faci- le esset, quam incessanter locuple- tare nos pretioso thesauro justifi- cantis gratiæ & charitatis Sanctæ. In primis certum est, nos id posse cum Deus id velit, nobisque injun- gat velut magnum legis suæ præce- ptum, ut ipsum amemus ex toto corde nostro, quod faciendi nobis quoque confert & impertitur me- dium: Ideo enim exornat animam nostram habitu Charitatis & gra- tiæ sanctificantis, à quibus attolli- tur supra vires suas naturales, & accipit virtutem ac robur produ- cendi actus amoris divini. Non so- lum autem nobis confert hos san- ctos habitus, qui nos inclinant ad ipsum amandum; sed quia maxi- mum ipsius est desiderium, ut ip- sum amemus actualiter, quatenus nihil nobis desit ex eo, quod ad hoc requiritur necessariò, ince- santly, vel saltem frequenter stat ad januam cordis nostri, ibique pulsat per gratias suas actuales &

excitantes, nos admonens, ut de ipso cogitemus, ipsumque amo- mus: Ego sô ad ostium & pulso. Apoc. 3. v. Nonne hoc est, conferre nobis non solum omnem potestatem, sed omnem etiam facilitatem, haurien- di è thesauris ipsius, nosque, quantum voluerimus, locuple- tandi?

Secundò, cum non sit quæstio nisi de amandâ infinitâ bonitate Dei, quæ tota est amabilis, cum- que habeamus cor, quod non so- lum nullam habet repugnantiam ad amandum, sed potius tam for- tem inclinationem, ut sine amo- re vivere non posset, tamque pa- rum suam habeat consolationem nisi amet, quàm oculi nisi videant. Tandem, cum juxta doctrinam Sancti Thomæ, quam etiam experi- entia confirmat, ex omnibus vir- tutibus nec unica sit, quæ conferat tam suavem, tamque fortem incli- nationem suos producendi actus, sicut sancta charitas ardorem con- fert producendi suos: nonne ha- beamus ex parte nostrâ omnem ad

Habemus ex nostrâ parte omni- am facilitatem amandi Deum.

D d d 2. aman-

Dens con- fert nobis plenam po- testatem, incessanter augendi ip- sus gratias.

amandum exoptabilem promptitudinem ac facilitatem?

Efficiacia,
motiva,
quibus im-
pellamur
ad augendū
incessanter
amorem
nostrum.

Tertiò cum certum sit, quòd habitus virtutum augeantur & roborentur per actus, à quibus producuntur: cùmque potissimum amor sacer speciale hoc habeat supra virtutes morales & acquisitas, quòd augeatur semper per omnes actus, quos producit, sive magnos, sive parvos: eòquòd Deus ponat in corde nostro omnem amorem, quem ex eo trahimus per actus, pro eo, quòd virtutes acquisitæ non roborentur nisi per actus fortes & vigorosos, debilitentur autem per debiles: Unde oritur, nos quotidie non evadere magis divites pretioso hoc auro amoris facti? Omnis anima, quæ semel ejusdem tenet possessionem, quando etiam non esset nisi in gradu minimo, adauget certò toties ipsius habitum, quoties produxerit ipsius actum. Jam absque intermissione facere id potest, cum Deus ad hoc ipsi omnia conferat media, cum ad hoc non cesset sollicitare ipsam; cùmque ex parte suâ ipsa non inveniatur nec repugnantiam, nec difficultatem, eòquòd nil magis oblectet ipsius cor, quàm amare, quòd est amabile. Ecce ergò non crescimus in hoc omni momento? Ecce incessanter non augemus pretiosum hunc thesaurum amoris facti? Quòmodo possibile est, quòd, cum bene sciamus, consistere in hoc omnes divitias, quas portabi-

mus è terra in cælum, quasque possidebimus in æternum? quòmodo inquam possibile est, quòd non accendamus ardore maximò comparandi nobis illas?

Ut ex te audio, respondit mihi Viator noster, nihil est tam facile: sed an nescis, esse nobis magna quatuor obstacula, quæ se opponant felicitati nostræ, nosque impediunt, ne faciamus progressum, quem possemus in amore & gratiâ? Illa perdere nos faciunt bona tanti valoris, ut si cognosceremus jacturæ nostræ magnitudinem, lacrymis sanguineis hanc deplorare vellemus. Eheu! superare possemus hæc obstacula; si nobis sat foret animi ac bonæ voluntatis illa oppugnandi; Ast ignavè nos cedimus illis, nos rapi permittimus ab eis in turpitudines & probra, quæ indigna sunt nobilitate hominis Christiani; quando non ducimus vitam nisi purè naturalem, velut illam Paganorum; quandoque etiam descendimus infra hanc, ad vitam nempe totam animale, & similem illi bestiarum. Dicam tibi, quæ sint hæc obstacula.

Primum est, quod asserimus nobiscum, dum nascimur; Omnes concipimur in peccato: *In peccatis concepit me Mater mea.* Et hoc peccatum est velut ignis infernalis, quod horrendam edit stragem & explicationem in animabus nostris; & licet is extinguatur in aquis sacri Baptismi, relinquit tamen

Quid si
de cor
piscen

Obstacula
fastidiosa,
quæ nos
impediunt

Psal. 66.

Primum ob-
staculum,
est concu-
piscencia

Is
po-
tur-
tra-
no

Quid sit ar-
dor concu-
piscentiæ.

men semper post se certas quasdam reliquias pernitiosi sui caloris, qui non immeritò nuncupatur somes peccati: Siquidem accidit nobis, quod fornaci fortiter accensæ, quæ, postquam subtractus est ipsi ignis, conservat adhuc calorem, quendam, quo proximè disponitur ad resumendum facillimè ignem; sic postquam ignis peccati ejectus ex nostrâ est animâ, relinquit semper ibi calorem suum, per quem disposita pluriimùm maneat, ut novis succendatur peccatis; Et hic pernitiosus est ardor, qui constituit concupiscentiâ, quam afferimus nobiscum nascendo, quémque ferè nunquam deserimus perfectè, nisi moriendo: Eheu! quis explanare posset mala, quibus incessanter nos afficit hic ardor.

Inprimis ipse semper à Deo nos avocatur, quantum potest, & trahit ad ea, quæ displicent ipsi; dico, quantum potest; siquidem ipse est velut naturale quoddam pondus animæ, sicut illud horologii, quod, quantum potest gravitate suâ id semper trahit in imum; dico etiam, quòd semper; talis enim est conditio rerum naturalium, quòd non possint seipsas suspendere & moderari, multò minùs inhibere activitatem suam, sed suum semper prosequantur cursum ex omni fortitudine suâ. Lapis non magis necessitatur ad precipitandum se semper in imum ex toto pondere suo, quàm concupiscentiâ nobis tribuat

Inclinatio
nostra na-
turalis nos
trahit ad
malum.

continud fortem inclinationem erga creaturas. Verum est quidem, nos hic posse resistere, eòquòd libertas nobis sit, quàm nihil flectere possit, ipsâ reluctante; verum est etiam, nos debere illi resistere, eòquòd socorditer illi cedere & miseram suam sequi inclinationem, sit vivere bestialiter, & prolabi infra conditionem humanam, & consequenter infinitâ ratione elongari ab exercitijs facti divini amoris.

Verum est quoque, quòd tam parum ipsi resistatur, ut parvo excepto numero bonarum animarum, quibus est animus inferendi sibi ipsis generosam hanc vim, quæ necessaria est juxta leges Sancti Evangelij ad rapiendum cælum: *Et violenti rapiunt illud*, omnes ferè alias non sequuntur inclinationes, quàm illas naturæ; Omnes nonnisi proprias suas attendunt propensiones, nec contendunt, nisi quòmodo contentent illas. Concupiscentiæ, quæ quasi ubivis tenet imperium in mundo, invenit ubique obedientiam; & amor proprius, qui summè dominatur in cordibus, impellit eos ad faciendum omnia, quæ sibi placuerint: Amor Dei expulsus est mundo; non tam facillè persuadet is nobis sua exercitia, non flectet nec lucrabitur cor nostrum per sua lenocinia; cum superare id suam non possit ducitatem. Verum est, inventurum semper cor nostrum jucundissimam in amando Deo suo

Matth. 23.
v. 12.

Oportet si-
bi inferre
vim, & ne-

D d d ; faci-

me ad hoc
habet ani-
mum.

facilitatem; sed renuntiandum nobis esset amor nostro proprio; at tollere nos deberemus supra nos ipsos & omnes creaturas, ut adhaeremus non nisi Deo soli; & nemo hanc sibi inferre vult violentiam. Libenter satisfacimus nostris inclinationibus, & nescimus incredibilem voluntate nos victuros in regno amoris Dei: Moriendum propterea est nobis amor nostro proprio; & ut huic moriamur, patiendum est nobis; & nemo nec vult pati, nec mori.

Quam hor-
ribilis sit
eo: cepus,
quem infe-
rimus Deo.

O Deus Omnipotens! in quam stupendam vivimus cœcitate, quin eam advertamus. Volumus pati, & millenas indies nobis inferre violentias pro vanitatibus mundi, eoque has æstimemus, has amemus, nulli parcentes labori, modo obtineamus quod desideramus. An igitur non nisi Deus sit tam vilis in nostrâ æstimatione, ut nec minimam amore ipsius velimus nobis inferre vim: dicam unicum verbum, quod enecare nos deberet pudore, vel congelare sanguinem in venis nostris ex intuitu horrendissimæ redargutionis, quam propterea accipiemus in die iudicij; Volumus nobis plurimam inferre vim, ut moriamur Deo, & omni juri, omni prætensionem ad aternitatem beatam, ut vivamus nobis ipsis, ut per momentum voluptates degustemus humanas: excutimus propterea acres remorsus conscientiæ, & omnes impulsus ac sti-

mulos gratiarum Dei, quæ nos experiri hic faciunt tam fortes oppositiones: Et nolumus nec momento nobis inferre vim, ut vivamus Deo, & possideamus ipsum in æternum.

O sidera cœli! plorate super cœcitate insensatâ hominum. Dæmon offert illis voluptatem infamem, dilabentem in instanti; summum vanitatis, evanescentem in momento; tenue lucellum, quod vertitur in nihilum, priusquam vertatur manus; & dæmon clamat ad illos, id monstrans ipsis: *Et violenti rapiunt illud*: *Habebis hæc, sed magnam te oportet inferre tibi violentiam: Renuntian- dum in perpetuum est Deo, & possessioni bonorum infinitorum in aternitate: Nondum est satis, ardendum tibi est in sempiternum in flammis devorantibus inferni: Experire bene animum tuum: an satis is magnus tibi sit, ad inferendum tibi hanc violentiam, quæ durabit tamdiu, quamdiu Deus erit Deus? & ipsi tam obstinata sunt desperationis, ut annuant ad inferendam sibi immanem ac sevam hanc violentiam. Ex alterâ parte, Deus offert illis regnum gloriæ suæ, & aternam infinitorum gaudiorum suorum possessionem; & dicit illis hæc promittendo: *Et violenti rapiunt illud*. Habebitis hæc omnia; sed per aliqua momenta debebitis inferre vobis violentiam, resistendo perverfis incli-*

patio;

Considera-
tio efficiat
quod ali-
quis ma-
jorem sibi de-
beat inferre
vim pro sua
perditione,
quam pro
sua salute.

Secun-
dum
obsta-
ntia
est i-
ta &
via.

nationibus sensuum vestrorum; invenietis in hoc vestra pacem animæ; & ego potentem elargior vobis gratiarum mearum succursum: Videte, an velitis id facere; perpendite seriò, an id sit operæ pretium: dicere haud quaquam audent ore: Non, nolo; non æstimo regnum æternum, quòd mihi offert, respectu voluptatis præsentis, quâ exspoliare me deberem; Et id, quod abhorrent dicere, non abhorrent facere: Ecce quòmodo defectus & omissio levis violentiæ privet ipsos gratiâ & amore Dei, quem conservare possent, imò etiam indies augere, si inferre sibi vellent violentiam.

Secundum
obstaculum
est ignorãtia & ignavia.

Secundam obstaculum oritur ex parte animæ, quod cum non minus contrarium sit proposito, quòd Christianus habere potest proficiendi semper in gratiâ & amore Dei, non minus etiam nocivum est ipsi ac perniciosum; Et hoc est ignorantia, quâ peccatum sauciavit intellectum, & certa quædam debilitas, quàm reliquit in voluntate: ignorantia intellectûs nostri privat ipsum cognitione Dei. Eheu verum est! Non cognoscimus Deum, & idèd non amamus ipsum; si cognosceretur, impossibile foret, quin amaretur. Sed quâ ratione cognosceretur, cum nemo sit, qui ipsum studeat cognoscere? Spernitur lectio librorum devotorum, fastidiuntur colloquia spiritalia, negligitur oratio, quæ scho-

læ sunt, ubi addiscitur cognitio Dei: dum interim nemo non studet suum implere caput innumeris vanis curiositatibus, quæ ita mentem occupant, ut omnem ipsius lucentur existimationem, omnem ipsius sibi concilient attentionem, non relinquentes Deo nisi oblivionem, neglectum, auderem dicere, contemptum. Quâ igitur ratione feratur majori ardori & assiduitate in Deum anima, quem ferme non cognoscit, quémque proin parvi æstimat, quàm feratur in res sensibiles, quarum cognitioni & plurimam navat operam, quæque summâ prosequitur existimatione?

Tenebræ
intellectûs,

Et quando etiam intellectus non haberet tantam cognitionis circa Excellentias Dei, ut persuasissimus esset, Deum infinitâ ratione esse amabilem: voluntas nostra evasit per peccatum tam debilis, tamque ignava, ut non nisi magno cum languore amplectatur exercitia amoris sacri: quæris, unde oriatur hæc debilitas, hæcque impotentia? Inprimis ex gravi munere, quo sauciata est anima per peccatum: non ita debilitatur corpus, quando vulneratur ad mortem, quàm debilitetur anima, quando peccatum exspoliavit ipsam semel vitâ gratiæ: Secundò ex facilitate quâ indies se onerat pluribus peccatis venialibus, quæ licet tantæ non sint malitiæ, ut prorsus destruant gratiam sanctificantem, imminuunt

Unde oriatur debilitas voluntatis.

auunt tamen plurimum ipsius vigorem & activitatem, Tertio ex eo, quod anima nostra adhaereat rebus sensibilibus, quæ adhesio quamvis levis videatur & valde innocens, non tamen intermittit captivare ipsam & impedire, ne liberè ferri possit in Deum: Eheu! Non opus est catervis fortibus, sufficit tenuè filum, ad impediendum aviculam, ne liberè evolet versus aërem. Quâ ratione quis volet animam, quæ pluribus parvis nexibus adstringitur terræ, tam facile evolare in cœlum? Non, ed quod Deus nunquam futurus sit absolutus Dominus cordis hujus animæ, quamdiu adhærebit alijs, nunquam etiam hæc anima magnos faciet progressus in gratiâ, & amore Dei sui.

Et ecce secundum obstaculum, quod nos impedit ab imitatione Sanctissimæ Virginis in progressu, quam ipsa faciebat continuè in gratiâ & amore Dei: ipsius intellectus erat illuminatus sublimiori cognitione Dei, quàm unquam illuminata fuerit anima puræ alicujus creaturæ. Hæc est doctrina Sancti Thomæ, qui affirmat, neminem imaginari sibi posse, quàm profundam ipsa obtinuerit Dei cognitionem: *profundissimam divine sapientia, ultra quàm credi potest, penetravit abyssum.* Ipsius voluntas non solum libertina erat ab omni adhesionem & affectu erga id omne, quod non est Deus, sed

insuper facti amoris ferebatur in ipsum pondere, quod à Sancto Joanne Damasceno nuncupatur inflammatum & flagrans Dei desiderium: *Dei cupiditate flagrans.* An mirandum sit, quod incessanter produxerit ipsa actus amoris Dei tam fortes, tamque perfectos, ut semper dimidiâ ex parte illius adauxerit habitum.

Quid nos sumus miseri, ed quod ignorantia Dei nos reddat stupidos, & quasi incurios ipsius; quodque debilitas & captivitas nostræ voluntatis nunquam non languentes constringat nos in ergastulo creaturarum? Eheu! an nunquam inferemus nobis sufficientem vim ad oppugnandum & superandum hoc obstaculum? an nunquam noverimus, quid sit Deus? an nunquam plenam obtinebimus libertatem amandi ipsum ex toto corde nostro? Abeste vanæ curiositates, rerum profanarum studia, nova eorum, quæ in mundo aguntur, nuntia, quæ non nisi innumeris me occupant cogitationibus vanis; perpetuum meo dicitote vale animo, relinquitte libertatem mihi, ut me totum impendam cognitioni veritatis æternæ, ubi meam inveniam felicitatem, ubi facilitatem obtinebo consecrandi totum cor meum Deo; Et quamdiu meum occupabitis animum, tamdiu hanc non assequar facilitatem. Abeste nocivi affectus, qui meam constringitis voluntatem servitute filiorum

S. Damascenus orat. de Nativ. Virginis.

Qui nos cognosceret nisi Deum, non s. facu

D. Thom. in cap. 2. Lucæ.

mares nisi
ipsum,

seculi, illamque retinetis, ne totam & integram donare se possit Deo; disumpo vos in perpetuum, & vivere volo in libertate Filiorum Dei, qui probè gnati, sibi satis non esse cordis ad amandum Patrem suum cœlestem, nec atomum illi ex eò præscindere vellent: Diliges ex toto corde.

Ecce optima senfa, eximios affectus, dicebam ipsi, optarem

michi tempus, illos ex otio & pen-
sularibus ponderandi; quiescamus
parùm, ut parvam saltem institua-
mus desuper considerationem: ni-
hilominus te liberum non pronun-
tio ab obligatione declarationis,
quàm promisisti circa duo alia
obstacula; respiravimus paulisper;
Et ecce, quomodo exia rem sit
profecutus.

* * *

ARGUMENTUM.

De duobus ultimis obstaculis, qua nos impe-
diunt, ne progrediamur in gratiâ & amore Dei.

ARTICULUS VI.

Sept. v. 15.

Tertium obstaculum nos re-
tardans, nosque suo oppri-
mens pondere, oritur ex
parte Corporis: Corpus, quod cor-
rumpitur, aggravat animam. Cor-
pus corruptibile, quod circumfere-
rimus usque ad tumulum, aggra-
vat animam, & corrumpit ipsam
ratione quâdam, quamvis tota sit
incorruptibilis. Corpus patitur
necessitates suas, & oportet ani-
mam, quamvis ipsius sit Domina,
se eò demittere, ut inserviat ipsi;
oportet hanc ipsi suppeditare vires
ad laborandum, & exin permit-
tere ipsi tempus ad quiescendum;
& quamvis ipsa ex natura sua sit a-
gilis, more fulguris, reptare ta-
men debet ubivis locorum cum in-
commodo hoc pondere, & non
nisi lento cum ipso incedere gradu.

Tertium
obstaculum
est corpus &
infirmities
ipsius.

debet ipsi porrigere alimenta, &
exia concedere ipsi tempus huc di-
rigendi, & quoddam superfluum est,
rejiciendi. O anima more Ange-
lorum spiritualis! anima æterna!
anima destinata ad possidendum
Deum! quantâ oppressa es humi-
liatione, dum captiva detineris in
corpore carneo?

Neque id satis est, oportet to-
lerare ipsam indies speciem quam-
dam moris, permittendo Corpo-
ri suo disperiri propemodum di-
midiam partem vite suæ cum fra-
tre mortis, qui somnus est: & to-
to hoc tempore infelix anima, cum
habeat usum libertatis suæ velut
impeditum ac suspensum, cogitur
tolerare tormentum nocturnarum
phantasmatum, quæ sæpius veluti
damnatam quandam divexant &

Corpus
dum dor-
mit, aufert
animæ me-
moriâ Dei.

A. P. Isaac. Consultat. Tom. III.

E e e

cor-

torquent ipsam, quin facultatem habeat defendendi se contra ipsa, quamdiu ita somno ligatur & constringitur, dumque ipsa ita immersam ex necessitate se comperit abjectis hisce occupationibus, privata manet sublimi contemplatione Dei: dum obstringitur suas impendere curas seruo, obliviscitur supremi sui Domini; dumque studet suo conservare Corpori vitam temporalem, portigans illi cibum & potum, privat se ratione quâdam vitâ suâ æternâ, quæ consistit in cognoscendo & diligendo Deum: Et contingit inauspicato prorsus omine, ut pro eo, quod anima, quæ spiritalis est, deberet suum elevare Corpus in cælum, corpus, quod materiale est, deprimat ipsam versùs terram; Et pro eo, quod anima immortalis deberet conjugere secum Corpus in fruitione vitæ æternæ, cito mortalis miserè implectat & obstringat animam morte æternâ.

Rom. 7.

Eheu! quàm meritò ingemiscimus, quotidie cum magno Apostolo: *Infelix ego homo, quis me liberabit de Corpore mortis huius?* Miseram omninò conditionem meam, dicere potest anima, dum ita constringor luteo hoc ac limoso ergastulo? an nunquam liberabor à tyrannide corporis huius; quòd tantò mihi est obstaculo in exercitio & profectu amoris Dei? Quid facere possum, ut fortiter oppugnem & expugnem hoc obstacu-

lum? Sanctus Hieronymus inquit rationem, quare Deus, cum dederit nobis animam tam nobilem, collocaverit ipsam in domum tam vilem, tamque abjectam: Nonne videtur, quòd, cum ipsa sit substantia spiritalis, similis Angelis in cælo, congruum omninò & consentaneum bonæ rationi fuisset, ut collocaretur in pallatium quoddam augustum, ædificatum saltem è materiâ cælorum & siderum, & non in casam quandam luteam & cæcosam? Et invenit, quòd fecerit hoc Deus è quâdam Zelotypiâ, ne anima nimium æstimaret Corpus suum, vidensque ipsum efformatum è materiâ tam nobili, qualis est illa astrorum, nimis illud amaret, nimioque affectu blandiretur ipsi: Voluit Deus, ut anima cognoscens abjectam stirpem Corporis sui, nonnisi contemneret ipsum: voluit ut anima cognoscens conditionem Corporis sui adedè depressam infra se, confunderetur pudore, inserviendo ipsi seque ipsius constituendo mancipium: Voluit, ut ipsa tantò in hoc Corpus potiretur imperio, ut exciperet id velut bestiam, quæ macretur verberibus, dum sibi non vult inservire: voluit tandem, ut confunderetur anima tribuere corpori tam abjecto minimam amoris illius partem, quem totum & integrum debet divinæ Majestati.

Et nihilominus quis caperet, nisi vide-

S. Hieronymus Epist. ad Ambr. agrot.

De decus animæ suæ adlocanti corpus.

Deus dicit animæ nobilitate nobilissimæ corpus vilem. ut ipsa hoc parè æstimaret.

A. Cor.

Animæ stare Corpori sicut sicut

videret, indigna sensa, immoderatos affectus, quibus anima hæc tam nobilis prosequitur carnem tam vilem, tamque abjectam? adorat hanc ipsa, submitte se omnibus desiderijs illius, mora mancipij inservit illi; non nisi pro ipsa curam gerit, æstimat & amat ipsam plùs quàm Deum, eòquòd incessanter obedientiam subtrahat Deo, ut hanc illi præstet. Quis non videt, dum in probrosâ hæc vivit servitute, ipsam infinitâ ratione alienam esse à minimo affectu amoris, quem debet Deo? Quid igitur faciendum illi est? interrogavi Raphaëlem nostrum.

Auscultet, reponit mihi, quid Spiritus Sanctus dicat vobis per os magni Apostoli: *Semper mortificationem Christi, in corporibus nostris circumferentes.* Non oportet Corpus Christiani esse unquam absque aliquo actuali poenitentiae exercitio, ad subjiciendum illud spiritui. Eques suo insidens equo semper frenum constringit manibus, & calcaria pedibus: Si equus incedat nimis celeriter, continet ipsum freno, si ambulet nimis lente, urget & impellit ipsum calcariis, & nunquam benignè & leniter accipit ipsum, nisi quando integram præstat obedientiam. Sic animam accipere oportet Corpus suum, desistere nunquam ab eò donando & malè accipiendo, quoad nullum ampliùs sibi afferat obstaculum in exercitijs virtutum, in ac-

quirendâ gratiâ & augmento amoris Dei. Sed ô Deus! quàm forti & inconculso opus est animo, ut nunquam quis cesset à sumendâ vindictâ de hoc inimico! Anima, quæ sic malè accipit corpus, continere se non potest, quin semper amet ipsum, & acriter sentiat malum, quod intulit illi.

Non nisi Sanctissima Virgo fuit, quæ ansam habuit amandi tenerè castissimum Corpus suum, eòquòd pro eo, quòd corpora nostra materialia deprimant animas nostras spirituales ad similitudinem quandam cum bestijs, Corpus ipsius Virgineum, elevaverit potiùs illius animam, ad sublimissimam cum Deo similitudinem, eòquòd per hoc ipsa possideat incomparabilem dignitatem Matris Dei: quomodo non amasset ipsa tam Sanctum Corpus, cum nunquam ab ipso passa fuerit vel minimum obstaculum ad bonum, sed semper id fuerit experta morigerum & obtemperans inclinationibus animæ suæ? Ingemiscamus præ dolore, quòd videamus animam nostram tam arctè conjunctam cum inimico Dei, & propriæ salutis suæ, dico, Corporis sui, cujus inclinationes naturales omnes non tendunt, nisi ad perdendum illud in æternum. Nunquam non impendet nobis periculum faciendi naufragium, sicut Apostoli impendere viderunt sibi tempore tempestatis: Nonne invocemus, sicut ipsi, ferventer auxili-

Sanctissima Virgo causam habuit amandi & æstimandi suum Corpus; & nos causam habemus contemnendi & odio prosequendi corpus nostrum.

Matth. 8. xilium Salvatoris? *Domine, salva nos, perimus*; frequenter etiam confugiamus ad Salvatoris Matrem; procul dubio specialis erga hanc Matrem admirabilem devotio, nobis efficax & potens erit medium, ad superandum per ipsius subsidium cuncta ad perfectionem obtinendam obstacula, quæ ex parte Corporis oriuntur nobis.

Quartum perfectionis & salutis obstaculum est multitudo negotiorum.

Tandem quartum & ultimum obstaculum, quod omnes ferè impedit homines, oritur ex innumerabili multitudine negotiorum, quæ nos obrunt, vel potius, quæ nobis adfiscimus ipsi, quæque nos ita occupant, ut tempus nobis non sit reliquum cogitandi solum de Deo. Versamur in hoc mundo eâ fermè ratione, quâ versabantur filij Israhel in Ægypto. Ipsi bene noverant, se esse captivos inter idololatras, seque exercere non posse cultum veri Dei in hoc statu; voluissent ipsi quidem inde exire ad offerendum Deo sacrificia in deserto; sed cum Pharaon tyrannus, sub cuius potestate erant, ipsorum observasset consilia; impediam ipsos, dicebat tantum laboris imponam ipsis, ut tempus cogitandi de hoc non futurum sit illis superstes: Volo occupari illos paleâ & arenâ, conficiendo absque intermissione lateres, ad construendam servitutis suæ ergastulum, ut non habeant nec otium, nec libertatem cogitandi de Deo. O crudelium! an viles & indignæ hæc occu-

pationes tanti sint, ut impedire his ipsos velis à sacrificio & cultu supremo, qui debetur vero Deo? Nemo est ratione præditus, qui non meritò huic indignetur Tyranno.

Nihilominus resolvere nos non possumus, ut odio habeamus mundum, qui eadem ratione nos adhibet. Animæ nostræ, quæ sunt hic velut mancipia, conclusæ in ergastulo carneo, libenter intendere & devovere se vellent Deo: Cum creatæ sint ab ipso, & pro ipso, nunquam non expetuntur in medio captivitatis suæ potentes stimulos ad attollendum sese ad ipsam: sed crudelis mundus, in cuius medio vivendum est ipsis, hoc ipsis non permittit. Obruamus, inquit, animam hanc, cogat ut ipsis navare operam, & ita nullum inveniat nec otium nec libertatem vacandi Deo: Sed insuper quibus negotijs? Paleâ, luto, vento, fumo, omnis generis vanitatibus & crepundijs abjectissimis. Quid interest, quo occupetur, modo semper tantis distineatur negotijs, ut nullum sit ipsi tempus cogitandi de unico necessario, quod esset vacare Deo? Et nostra infelix vita ita exigitur in hæc servitute.

JESUS. Christus, qui est Sapientia infinita Dei Patris sui proponit nobis quæstionem in Evangelio ponderis maximi, quæ proponi unquam possit, quàmque resolvere ipse

Mundus nos trahit, sicut Pharaon traxit filios Israhel.

Magis stultum est occupari negotijs, quam saluti pro diti.

Matth. 16.

iplemet noluit, ut relinqueret nobis ipsam pensculatiùs ruminandam, & magis seriò perpendendam. *Quid prodest homini, si uniusversum mundum lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur?* Querit ex te, quid conducatur homini lucrari omnia, & animam suam facere jacturam? Pondera hoc bene & congruè huic responde questioni. Quando absolutus fuisses Dominus totius orbis per centum annos; si posthac commemorandum foret animæ tuæ in flammis inferni per omnem æternitatem, quid inde tibi accederet lucri? ne citò responde hic, id prius bene perpende, rem pondera, accuratè jacturam metire & lucrum; & postquam summatè cum maturitate id perpenderis, responde huic quæstioni: *Quid prodest?*

Magis stulticia eorum, qui negligunt salutem suam pro crepundis mundi.

Si totus & integer mundus possessus per centum annos, per mille annos; prosequere, si placet, per centies millenos annos, tanti non esset, ut se obstringere deberet anima ad ardens in flammis inferni per omnem æternitatem, quæ durabit ultra millionum milliones annorum, hósque infinità ratione plures, quàm numerentur arena grana ad litus maris: Vide, quid tuis constringas manibus, quid tuum occupet animum, quid tuum teneat cor captivum, quid faciat te oblivisci Deum, & magnum perfectionis, fortè etiam salutis tuæ negotium. Quid est hoc?

Non est id mundus integer: Eheu! non est nisi atomus respectu totius universi. Metire durationem, quam sperare potes, possessionem parvi hujus nihili: non erunt, uti ipse nôsti, centum anni. Hem! Deus vive! an tanti id valeat, ut dimittere velis magnam æternitatem possessionis Dei, pro qua creatus es? an tanti tibi hoc sit, ut implectere tuam velis animam ad flagrandum in flammis æternis? Neutiquam, dices mihi, me Deus ab his custodiat; verum est, me habere negotia, verùm non sunt hæc flagitia; & quia committere non vellem peccatum vel minimum, non credo me propterea periturum: maximum, quod hic video, est malum, quòd oñium mihi non sit cogitandi de Deo, vel multam navandi operam exercitijs devotionis; sed hoc non est, quòd condemnet animam.

Jam hoc ipsum est, quod ætius te constringit: oportet ergò planè & seriò respondere quæstionibus, quas tibi proponam. Fateris occupationes tuas non relinquere tibi tempus cogitandi de Deo, nec devovendi te ipsis servitio: Jam quæro ex te, an defendere & affirmare poteris in die judicij, quòd amaveris ipsum ex toto corde tuo, & ex totis viribus suis, sicut tenebaris sub pœnâ damnationis æternæ. Itane defendes, amasse te ex toto corde tuo Deum, de quo non cogitaveris, cui famu-

Ecc 3 latum

Excusatio
vanissima.

latum non exhibueris? Responde, an dici potest, quod quispiam amet ex toto corde illum, cujus continuo obliviscitur, & nunquam pro illo quidquam præstet? An crederes te amari, si accipereris ita? nonne diceres, hoc esse negligi & accipi cum contemptu? Exhibe ergo eandem illi justitiam, quam exhibes tibi ipsi, & fatere hoc esse contemptum adhiberi ipsum, si non cogitetur de ipso, nec quidquam præstetur pro ipso, eoque alia sint, quæ nos occupent negotia. Et si convictus fueris coram ipsius Tribunali, quod ita acceperis ipsum, pro eo, quod obligatus fueris ex magno Legis suæ præcepto, amare ipsum ex toto corde tuo, & consequenter cogitare sæpius de ipso, & fidelissimè servire ipsi, quid expectare poteris ab eo, tu, qui securum te putas, si dixeris: Verum est, me multa habere negotia, otium non esse mihi cogitandi de Deo; sed flagitia hæc non sunt, quæ in damnationem meam adducant animam: Pondera hoc bene, & ipsemet tecum judica, an id multum tibi præstet securitatis pro salute tuâ.

Ingens dâ-
aum. quod
mundi ac-
goria infe-
runt animæ

Urgeo te adhuc ultra, & suppono, animam tuam damnatam non esse ex eo, quod non observaveris maximum præceptum Legis Dei, obliviscendo ipsum, & ipsius negligendo servitium ob varia vanarum aliarum occupationum genera: suppono manifestum argu-

mentum id non esse, quod anima nullâ erga ipsum feratur dilectione; transeat hoc, quod forsitan non ita transibit coram Deo: saltem diffiteri non poteris, quod anima tua magnum incurrat detrimentum ob multitudinem negotiorum, utpote quæ tibi abstulerint otium & libertatem cogitandi de Deo: quis dicere potest, quot gratias actuales, quot Sanctas inspirationes & visitationes Sancti Spiritus ipsa perdat ex defectu, quod non cogitet de illo, eoque omni alio se inveniat occupatam? Quis enarrare poterit multitudinem parvorum malorum, quæ committit, & magnorum bonorum, quæ omittit, eoque tempus non habeat de ipso cogitandi? Et ex sequela & conclusione necessariâ, quot gradibus gloriæ privet seipsam, eoque nec unicum bonum opus sit, quamvis non esset nisi haustus frigida datus pauperi, quod non accipiat in æternitate mercedem suam. O Deus! quantam multitudinem coronatum æternarum comparare ipsa sibi posset, quas habebit nunquam, eoque nimiam aliorum negotiorum prematur mole, & otium non habeat cogitandi de Deo & salute suâ!

Propono tibi igitur hæc super re questionem Domini nostri, tæque interrogo: *Quid prodest homini, Matth. 16. si mundum universum lucretur, anima verò sua detrimentum patitur?*

Quanti in-
terit, per-
dere unam
solam gra-
tiam.

terit, per-
dere unam
solam gra-
tiam.

Pondera bene, quid lucre-
ris; Examina bene, quid perdas:
Statue ex unâ parte, unicam so-
lam, ex ijs, quas perdis, gratiam;
unicam solam ex æternis, quibus te
privas, coronam, an totus inte-
ger mundus, si ex auro foret soli-
do, adæquaret eam, quam facis,
jacturam? Ah infelix anima! Si
nôsses, quid nocuementi tibi affe-
rent omnes hæc vanæ occupationes!
Verùm si jactura unius solius gra-
tiæ, unius solius coronæ æternæ,
damnum est, quòd totus integer
non repararet mundus: Quid di-
cendum de innumerabili multitu-
dine gratiarum, coronarumque
æternarum, quas perdis, eòquòd
vanæ occupationes tuæ non permi-
serint tibi otium de hoc cogitandi?
Et tu facis omnes hæc tanti pon-
deris jacturas, non pro acquiren-
do mundo integro, sed pro nugis,
crepundijs, titivitijs? Ah infelix
anima! ah infelix anima! quanta
crudelitate desævis in te ipsam!

Abundè est, dicebam interpel-
lans ipsum; nimis quàm clarè vi-
deo magnitudinem mali, nôsse
percuperem ipsius remedium. Dixi
jam tibi, respondit mihi Viator
noster, quatuor esse ingentia ob-
stacula, quæ adversentur progres-
sui amoris sacri, in quo consistit
augmentatio gratiæ in animabus
postis: Reduc illa memoriæ, mi-
hi non vacat ea repetere; superan-
da hæc sunt, quanti etiam tibi ste-
terint; & ideo relinquo tibi opti-

ma tria monita, cum quibus te
missam facio.

Primum est, quòd oporteat ha-
bere magnum fervorem spiritûs in
servitio Dei & ardentissimam vo-
luntatem; & ut habeatur, per-
suasissimum oportet esse circa pon-
dus maximum unci hujus negotij,
quòd tantum est, ut impossibile
sit humano intellectui id unquam
tantum comprehendere, quan-
tum est.

Secundum est, ut nunquam ne-
gligenter & velut per transennam
exerceantur actus virtutum, præ-
sertim illi amoris divini, sed sem-
per ad hoc impendatur tota ampli-
tudo gratiæ, quàm recepisti; Et
omnes vires animæ, quas contulit
tibi Deus, ut ipsum amares. Pro-
bè novi, rerum spiritualium Magi-
stros condemnare actus, qui fiunt
ex impulsu naturæ, velut inutiles,
qui nos elevent ad Deum: non ta-
men condemnant eos, qui subser-
viunt divinis motibus gratiæ, quæ
nunquam excitat cor nostrum ad a-
mandum Deum negligenter, sed
semper ad amandum illum ex totis
nostris viribus: Sic non parcamus
nobis, quando recipimus bonam
quandam inspirationem, intenda-
mus omnes nervos nostros, ad a-
mandum illum ex toto corde no-
stro: & utinam hoc ita accenda-
tur, ut disrumpat nostra pectora
vel nostrum dilatat sinum effractis
& sublatis costis, uti magnis qui-
busdam accidit servis Dei. Incredi-
bile

Remedium
contra qua-
tuor obsta-
cula, quorû
facta est
mentio.

bile est, quantum unicus virtutis actus magno cum fervore productus promoveat & progredi faciat animam, plusquam centeni alij, negligenter & locorditer in opus deducit.

Luc. 6.

Et pro tertio monito memineris illius effati, quod verissimum est, quodque reliquit nobis JESUS CHRISTUS, dum dixit: *Porro unum est necessarium*; quo dicere voluit, quod nonnisi unicum sit negotium, cui naves operam in terris: Nonnisi unus amandus tibi est Deus; nonnisi una salvanda tibi est anima; nonnisi una comparan-

da est tibi aeternitas; fac bene hoc unum negotium, & fecisti omnia; dimitte cuncta caetera, quae te impediunt, quod ni feceris, nihil dimisisti. O si quis bene caperet, quanti sit momenti, suam exsolvere animam, quantum possibile est ab omni intricamento occupationum inutilium, quibus distinetur, ad applicandum se totam integram unico & soli necessario. Utinam bene comprehenderes haec sententia, insculperes animo haec exercitia; Et fructum non spernendum reportasses ex hac Consultatione.



CONSULTATIO XIII.

Fastigium Gloria, ubi agitur de Gratia Maternitatis divinae, qua omnium Excellentiarum Sanctissima Virginis summa est, & altissima.



Appellavi sapientem du-
ctorem meum,
Raphaelem meum,
dicere volens,
quod praestiterit is
mih i eadem offi-
cia, quae praestiterit Angelus Ra-
phael Tobiae. Sed aliqui capien-
tes id in alio sensu, nempe illo,
quem affert Sanctus Gregorius,
dum dicit, quod Raphael signi-
ficet Medicinam Dei, aestimabant

Viatorem meum seu magnum Me-
dicum, non quidem Corporum
(constabat enim, ipsum ejusmodi
non amplecti institutum) sed ani-
marum, eoque observant, il-
luminare ipsum caelos, id est, mul-
tum afferre ipsum luminis per sua
colloquia animabus, quae carebant
illo: hoc impulit personam quan-
dam scrupulis & anxietatibus vexa-
tam, ut ipsam accederet, spe fir-
miter nixa, accepturam se ab
eo